commiſſum reſtituere rogatus erat, manumiſit. Quæro, an fidei commiſſum ei præſtare debeat. Herēnius Modeſtinus reſpōdit, Quamquam ſtatuliberum heres manumiſerit, tamen fideicōmiſſum quod ſub iiſdem conditionibus relictum ei debet, ita præſtare cogitur, ſi conditiones impletas eſſe præſtabit, * aut per eū [a] ſtetit quo minus impleātur.

B

Si deficit conditio pro qua fuit interpoſita cautio Muciana, legatum debetur ei in quem in eū caſum fuit tranſlatum. Barto.

LXVII. IAVOLENVS *libro vndecimo Epiſtularum.*

CVm ſub hac conditione fundus alicui legatus eſſet, *Si ſeruum non manumiſerit*: & ſi manumiſerit, legatū fundi ad Mæuiū tranſlatum eſſet: legatarius de nō liberando ſatiſdedit, & legatum accepit, & poſtea liberauit. Quero, an aliquid Mæuio detur. Reſpondit, Si cui ita legatum erit, *Si ſeruum non manumiſerit:* ſatiſdatione interpoſita accipere ab herede legatum poterit: & ſi poſtea ſeruum manumiſerit, commiſſa ſtipulatione heredi vel fundum, vel quanti ea res eſt, [b] reſtituet: eóque caſu heres ei cui ex ſequēti conditione legatum debuerit, reſtituet.

Verbum quod reperitur in futuro & in præterito, in dubio in vltimis voluntatibus intelligitur de futuro. Bartolus.

LXVIII. IDEM *libro ſecundo ex Caßio.*

SI ita legatum eſſet, *Cum nupſerit*: ſi nupta fuerit, & hoc teſtator ſciſſet, alterum matrimoniū erit expectādum: [c] nihílque intererit vtrum viuo teſtatore, an poſt mortem ea iterum nupſerit.

Cōditio ſi voluerit legatarius: facit conditionale legatum. Bar.

B LXIX. GAIVS *libro tertiodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI ita expreſſum erit: *Titio, ſi voluerit, do lego*: apud Labeonem Proculus notat, non aliter ad heredem legatarij pertinere, quàm ſi ipſe legatarius voluerit ad ſe pertinere: [d] quia conditio perſonæ iniuncta videtur.

Conditio tacita ex teſtamento proueniens impedit diem legati cedere quo ad adquiſitionē. Bartolus.

LXX. PAPINIANVS *libro ſextodecimo Quæſtionum.*

C

DVos mater filios ſub conditione emancipationis [e] ex partibus heredes inſtituit, eíſque plurium rerum præceptiones purè [f] dedit. hereditatē adierunt. [g] Patrē à legatorum cōmoda illa quoq; ratio debet ſummouere, [h] quòd emācipando filios obſecutus [i] volūtati, ſupremum iudiciū vxoris ſuæ cuſtodiri voluit.

Modus reſpiciens vtilitatem legatarij, intelligitur impulſiuus. ſi
D vtilitatem tertij, dicitur eſſe finalis. Bartolus.

LXXI. IDEM *libro ſeptimodecimo Quæſtionum.*

TItio centum ita vt fundum emat, legata ſunt. Non eſſe cogēdum Titium cauere Sextus

---

poſtea ante euentum dictæ condi. heres meus manumiſit eum. nūquid & fideicōmiſſum ei præſtare debet ante euentum dictæ conditionis? Et dicitur quòd non, niſi per heredem ſteterit quo minus implerentur dictæ condi. id eſt dicta conditio. Viuianus.

a *Per eum.* heredem: vt. ſ. eo. l. iure ciuili. & no. ſic. ſ. ſi pars here. pe. l. permittendum. Sed arg. contra. C. de iis qui à non do. l. fin. & j. eo. l. duos. vbi in vno negligens vel agnoſcens, in alio videtur agnoſcere. Accurſius.

CVm ſub.] CASVS. Titius legauit Seio fundū ſub condi. ſi Stichum ſeruum non manumiſerit: & ſi manumiſerit Seius dictū ſeruum, iuſſit dictus Titi⁹ fundum legatū tranſferri ad Mæuiū, & deceſſit dictus Titius. poſtea Seius legatarius ſatiſdedit heredi de non manumittēdo dictum ſeruum, & accepit ab eo dictum legatum fundum: & poſtea manumiſit eundem ſeruum. & ita venit contra cōdi. appoſitam ſibi in legato, & contra promiſſionem Mucianam quā fecit heredi. Certe reſtituere debet heredi fundum prædictum vel eius æſtimationem, & heres debet dare dicto Mæuio eundem fundum, vel æſtimationem eius. & hoc dicit plane iſta. l. Viuianus.

* conſtabit. alias prætēderit.

b *Quanti ea res eſt.* No. de cautione Muciana. ſic. ſ. eo. l. Mucianæ. & l. is cui. & j. eo. l. Titio. & l. heres. §. qui poſt. & l. cum tale. & ſ. de condi. inſtit. l. iiij. in fin.

SI *ita legatum*.] CASVS. Titius legauit Seiæ. c. cum nupſerit ipſa Seia: & deceſſit idē Titius. poſtea reperitur ꝙ Seia erat nupta tempore teſtamēti, & quòd teſtator hoc ſciebat. certe nō aliter habebit Seia legatum, niſi ſecundum contrahat matrimonium: & ſi ſecundū contrahat matrimonium, habebit legatū: ſiue illud contrahat viuente teſtatore. ſiue mortuo. Viuianus.

c *Expectandum.* vt. ſ. de lega. ij. l. ſi ita ſit. §. ſi pater. Et arg. j. de verb. oblig. l. eum qui kalendis. & facit. ſ. e. l. hæc conditio. & l. ſi iam. in fin. & C. de inſti. & ſubſti. l. ſi quis heredem.

SI *ita expreſſum.*] CASVS. Legaui Titio centum ſub conditione ſi ipſe Titius voluerit. & deceſſi. & poſtea deceſſit dictus Titi⁹. nunquid pertinet legatum ad heredem eiuſdem Titij? Et dicitur ꝙ non, niſi Titius prædictus voluerit ad ſe pertinere legatum, quia conditio videtur iniuncta perſonæ ipſius Titij ſubaudi: & conditionalia legata non tranſeunt ad heredes legatariorum ante impletam conditionem. Viuianus.

d *Pertinere.* eſt enim conditionale: vt. ſ. de lega. j. l. ſi ita. §. j. Sed nōne ſi ſimpliciter relinquitur, eſt in ſuo arbitrio, & tamen tranſmittit: vt. C. de cadu. tol. §. cum igitur. ſed hic expreſſa nocent: vt & ſ. e. l. nunquam. perinde enim eſt ac ſi diceret, ſi acceperit, vt. ſ. de adi. leg. l. iij. §. ſi quis Titio. ſecus in venditione: vt. C. de cōtrahen. emp. l. in vendentis. & facit. ſ. locati. l. locatio.

DVos.] CASVS. Titia habens virum Seium, & duos filios ex eo, inſtituit ſibi heredes dictos filios ſub condi. ſi emanciparentur à patre: & ita nolebat quòd pater haberet cōmodum ex hereditate: & cuilibet dictorum filiorum prælegauit fundum ſimpliciter nō repetita cōditione emancipationis expreſſæ. poſtea
A deceſſit dicta Titia, & poſtea pater eos emancipauit, & ipſi hereditatem matris adiuerunt. De hereditate planum eſt quòd pater nō debet habere commodum. Sed nunquid debet habere commodum de dictis legatis ſimpliciter relictis? Et dicitur ꝙ non. nam & in eis videtur repetita conditio emancipationis: & emancipando filios videtur velle firmū eſſe iudiciū vxoris. Viu.

e *Emancipationis.* ſic facit. C. de inoffi. teſta. l. ſi filius matrem.

f *Purè.* id eſt ſimpliciter non appoſita cōditione emancipationis.

g *Adierunt.* igitur extitit cōditio: quia fuerunt emancipati.

h *ſummouere.* imò videtur non ſummoueri: vt infra quando dies leg. ced. l. ſi poſt diem. §. fina. vbi inſpicitur dies quo cedit legatum. ſed hic non cedit niſi poſt emancipationem: quia conditio intelligitur repetita: vt. j. eo. l. auia.

i *Obſecutus.* Arg. contra ſ. eo. l. heres ſtatu. & facit. ſ. de mino. l. ſi filius.

TItio centum.] CASVS. Hæc lex ponit tres caſus vſque ad. §. Titio genero. Primus eſt talis: Seius legauit Titio. c. ita vt fundum emat. nunquid tenetur Titius cauere heredi de fundo emendo cum recipit centum ab eo? Et dicitur quòd non. Sed pone quòd dictus Titius legatarius erat fili⁹ fratris dicti teſtatoris, vel aliter ei attinebat, & erat alumnus meus induſtrius: & teſtator voluit ei proſpicere in emēdo fundo: quia timebat ne pecuniam barataret. certe in hoc caſu bene tenetur idem Titius cauere heredi de emendo fundo, & non de alienando poſtea: quia credendum eſt intereſſe heredis ratione affectionis vt Titius emat ſibi fundum, & poſtea non alienet. Secundus caſus eſt talis: Reliquit dictus teſtator dicto Titio centum, ita vt ducat vxorem Mæuiam quæ erat vidua. certè ſi vult Titius legatum, debet eam accipere in vxorem. & ideo cum accipit legatū, debet cauere heredi de ea ducenda. Sed oppono: ego video ꝙ ſi Seius promittat pecuniam Titio ſi Mæuiam vxorem non ducat ipſe Seius, quòd Titius non po-
E teſt ab eo petere dictam pecuniam: & ſi ipſe Seius non ducat Mæuiam in vxorem, ergo idem deberet eſſe in noſtro caſu ſcilicet vt Titius habeat dicta centum, etiam ſi non ducat in vxorem Mæuiā viduam. Sed certe non eſt hoc verum, nec ſimile. nam aliud eſt auferri libertatem matrimonij eligendi metu pœnæ, (ſicut fuit in caſu oppoſitionis, quo quidem caſu prætor denegat actionem, vt dictū eſt) & aliud eſt inuitari certa lege ſiue modo ad matrimoniū: vt in caſu principali ſupra poſito: quo quidem caſu non habet Titius centum, niſi caueat de ducenda Mæuia in vxorem, vt dictum eſt. Tertius caſus eſt talis: Ego teliqui Titio centū, ita vt à meo monumento non recedat. vel reliqui ei centum ita vt in Bonon. domicilium non habeat. debet Titius conſequi centum ab herede meo, & non debet cauere de non recedendo à monumento meo, vel de nō habendo domicilium in Bonon. quia per hanc cautionē ius libertatis Titij infringeretur. ſi autem dictus Titius eſſet meus libertus, bene teneretur cauere de prędictis. [TITIO GENERO.]

Seius ita dixit in teſtamento ſuo: Titio genero meo heres meus cẽtum dato nomine dotis Seiæ meæ filiæ. & deceſſit dictus Seius. A certè non ſolum Seia filia poteſt petere legatum, ſed etiam maritus eius, id eſt Titius prædictus: & liberabitur heres ſoluendo vni eorum. Sed quid ſi ſolutum eſt inter eos poſtea matrimonium, & heres voluntate Seiæ ſoluat Titio? certè & hic liberatur heres: ſed cõſtante matrimonio ſi ſoluat Titio, liberatur, vt dictum eſt, etiam ſi ſoluat prohibente muliere. tunc enim intereſt mulieris Titio ſolui, vt incipiat eſſe dotata. nam & ſi ipſa conſtante matrimonio petat ab herede dicta centum, & nolit ea fieri dotis, remouetur exceptiõe. Nõ eſt ergo mirum ſi maritus poteſt ea petere cõſtante matrimonio vxore invita. Sed quid ſi tẽpore legati non erant adhuc cõtractæ nuptiæ inter dictos Titium & Seiam, & ante contractas inter eos nuptias moriatur vnus eorum? nõ habebit ſuperuiuẽs legatũ prædictum, immo remanebit apud heredem. ſi autem nullus eorum deceſſit, ſed Titius noluit eã accipere in vxorem: certe quantum attinet ad perſonã mulieris, intelligitur ſatisfactũ per eã, ex quo non remanſit per eam cauſa legati, id eſt propter legatum, vt ipſa habeat illud. non autẽ habebit legatũ Titius, ex quo remanſit per eum, imò repellitur excep. doli per heredẽ. Et ſcias quòd in dicto caſu vbi matrimoniũ cõſtat inter Titium & Seiã, heres tenetur dare legatũ Titio, & ſi non caueat heredi mulieri pecu. reddi. & eſt ratio: quia pecunia dotis efficitur eo caſu. Si autem ante cõtractum mattimonium petat dictum legatum Titius, quod quidẽ poteſt, cum ſit purum legatum, tunc erit neceſſaria cautio mulieri pecuniam reddi. Sed quid ſi cõtracto iam matrimonio maritus agit contra heredem ad legatum, & vitio ſuo cauſam perdiderit, & tẽ- E pore reddendæ dotis non eſt ſoluendo idem maritus? nunquid poteſt agere mulier contra heredem ad dictam pecuniam? Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

*filio fratris alumno.

†In quantũ iſte text. dicit matrimonium debere eſſe liberum à pœna damni, &c. cõcor. text. in cap. cum locum. & ibi glo. extra de ſpon. & in. c. veniens. 2. eo. tit. meli⁹ in. c. Gẽma. & ibi gl. ordin. præal- leg. tit.

*matrimonium.

Cæcillius exiſtimat: quoniam ad ipſum dũtaxat emolumentũ legati rediret.[a] Sed ſi filio, fratri,[b] * alumno minus induſtrio proſpectũ eſſe voluit, intereſſe heredis[c] credendũ eſt: atq; ideo cautionẽ interponendã, vt & fundus cõparetur, ac poſtea nõ alienaretur.[d]

Matrimonia debent eſſe libera à pœna damni, non à pœna amiſſionis dupli. Bartol.

Titio centum † relicta ſunt, ita vt Mæuiam vxorem[e] quæ vidua eſt, ducat. Conditio[f] non remittetur: & ideo nec cautio[g] remittenda eſt. Huic ſententiæ nõ refragatur, quòd ſi quis pecuniam promittat, ſi Mæuiam vxorẽ non ducat, prætor actionẽ denegat.[h] Aliud eſt enim eligẽdi matrimonij pœnę metu libertatem auferri: aliud ad teſtamentum * certa lege inuitari.[i]

Conditio vel modus per quẽ libertas infringitur, non ſeruatur præterquam in libertis. Barto.

Titio centum relicta ſunt, ita vt à monumento meo non recedat, vel vti in illa ciuitate domicilium habeat. Poteſt dici nõ eſſe locum cautioni, per quam ius libertatis[k] infringitur. Sed in defuncti libertis alio iure vtimur.[l]

Diuiditur in ſex partes. Primò ponitur cui competit petitio. Secundò, cui debeat vel poſſit fieri ſolutio. Tertiò, quid ſi matrimonium non contrahitur. Quartò, an quando ſoluitur cõſtante matrimonio, debeat aliqua cautio recipi. Quintò, quid ſi ante matrimonium dos ſoluatur. Sextò, quid ſi maritus à cauſa ceciderit. Secũda ibi, Si poſt. Tertia ibi, Ante nuptias. Quarta ibi, Sabinus. Quinta ibi, Sed cũ ante nuptias. Sexta ibi, Quod ſi maritus. Bart.

*Titio genero meo heres meus dotis Seiæ filiæ meæ nomine centum dato.* Legati quidem emolumentum ad Seiam quæ dotem habere incipit, pertinebit. Sed quia non tantùm mulieri, ſed Titio quoque cui pecuniam legauit, conſultum videtur: prope eſt vt ipſe B legatarius intellegatur, & legatum petere debeat.[m] Si poſt diuortium genero pecuniam heres[n] ſoluerit, æquè liberabitur: quoniam in dotem ſolutio conuertitur. Conſtante autem matrimonio, etiam prohibente muliere Titio rectè ſoluetur. Hoc enim & mulieris intereſt, vt incipiat eſſe dotata. Nam & ſi quis[o] ipſam[p] quoque petitionem habere reſponderit, eáque pecuniam petat, neque dotis fieri[q] velit: non dubiè doli ſummoue- C bitur exceptione. Ante nuptias verò Titio vel muliere defunctis, legatum apud heredem[r] manet. Quòd ſi nolit eam vxorem ducere: cauſa legati,[ſ] quod ad mulieris perſonam attinet, ſatisfactum intellegetur.[t] ſed Titio legatum petenti nocebit exceptio doli. Sabinus autem exiſtimabat, nupta muliere, Titio ſine cautione legatum deberi, quoniam pecunia dotis efficeretur. Sed cum ante nuptias, quia D purum legatum eſt, peti poteſt,[u] cautio *Mulieri pecuniam reddi*, neceſſaria erit. Quòd ſi maritus vitio ſuo[x] cauſa ceciderit, neque ſoluendo ſit: nunquid aduerſus heredem mulieri quæ nihil deliquit, ſuccurri debeat ob eam pecuniam quæ doti fuerat deſtinata? Sed quoniã ambo legati petitionem habuerunt: ſaluam habebit non ſoluta pecunia viro, mulier actionem.[y]

a *Rediret.* ſic. j̃. de dona. l. ij. §. fina. & l. iij. Sed contra. s̃. de lega. iij. l. ſi tibi legatum. Solu. vt ibi. ADDITIO. Bart. fatetur iſtud contrarium, niſi ſuum commodum reſpiciat.

b *Fratris.* ſcilicet teſtatoris vel legatarij, cui voluit fundum emi, & non alienari.

c *Heredis.* ratione affectionis quam habuit teſtator in alumnum. aliàs cum eſſet nudum præceptum, nõ valeret: vt. s̃. de leg. j. l. filiuſfamilias. §. diui. & de lega. iij. l. pater. §. Iulianus.

d *Non alienaretur.* alioquin aget heres ex cautione. ſi enim ex cautione non ageretur, non interponeretur: vt. j̃. vt lega. no. ca. l. hæc ſtipulatio. §. diuus.

e *Vxorem.* quam honeſte ducere poteſt: vt. s̃. eo. l. cum ita.

f *Conditio.* id eſt modus. & facit. C. de inſti. & ſubſti. l. ij.

g *Cautio.* ſcilicet de ducenda: & ſic etiam prius accepit legatum, cum ſit modus, non conditio: vt. s̃. de lega. iij. l. ſi tibi legatum.

h *Denegat.* vt infra de verb. oblig. l. Titio. in princip. & C. de ſpon. l. fin. in fin. Accurſius.

i *Inuitari.* ſic infra de dam. infec. l. Proculus. & C. de codicil. l. fin. & j̃. de iniur. l. iniuriarũ. §. ſi quis de honoribus. Sed argu. contra. j̃. ne quid in loco publ. l. ij. §. merito. ADDITIO. Dic ꝙ ibi lucrum percipiebatur ex publico, qđ non debet auferre priuatus: hic quia percipiebatur à priuato teſtatore, merito poteſt auferre eius voluntate, ſecũdum Barto. hic.

k *Libertatis.* ſic. j̃. de lib. ho. exhi. l. nihil. & argu. s̃. de vſufru. l. iij. §. ne tamen. Accur.

l *Vtimur.* contra. C. de ope. lib. l. pen. in fin. ſed hic tẽpore manumiſſionis hanc legẽ impoſuit: ibi ex interuallo. Vel hic quoad hoc, quia nõ dabitur ei legatum: vt. s̃. de adimen. lega. l. libertis. §. fina. non autem vt præciſè cogãtur ibi morari, vt ibi: vel hic fauor religionis.

m *Debeat.* imò mulier tantum: vt. s̃. de lega. iij. l. fideicommiſſ. §. interdum. & s̃. de lega. j. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. quæ ſunt contra. Solu. ibi reliquit contemplatione filiæ tantum: hic vtriuſq; ſecundũ quoſdam. ſed certe hic & ibi loquitnr cum dubium erat cuius contẽplatione reliquit. ſic enim dicit hic, conſultum videtur. dicit ergo ꝙ de iure ſtricto filia tantum habeat, vt ibi: ſed de æquitate vterque: vt hic, & j̃. eo. §. conſtante. & §. ꝙ ſi maritus.

n *Heres.* ignorans diuortium. & dic ſoluerit, ſcilicet volẽs. nam cogi non poteſt, ſicut & vbi non vult cõtrahere matrimonium Titius: vt j̃. eo. §. ꝙ ſi nolit. & hoc indicat proximus verſiculus, conſtante &c.

o *Nam & ſi quis.* bene dico inuita ea ſolui viro. nam &c.

p *Ipſam.* ſcilicet mulierem.

q *Fieri velit.* vnde apparet etiam mariti contemplatione relictum legatum: & ſic ipſe petet.

r *Apud heredem.* hoc ſecundum illam diſtinctionem quam not. s̃. eo. l. in teſtamento. Azo.

ſ *Cauſæ legati.* aliàs cauſa legati. id eſt propter legatum. aliàs cauſæ. Accurſius.

t *Intelligitur.* & ſic ipſa petet.

u *Peti poteſt.* imò videtur ineſſe conditio ſi matrimonium fiat: vt & in ſtipulatione: vt. s̃. de iur. do. l. mulier. j. reſpon. ſed forte aliud in legato. vel dic ineſſe conditionem muliere promittente: non autem alio promittente vel legante. Azo.

x *Vitio ſuo.* id eſt culpa: quia non probauit legatum.

y *Actionem.* facit ſupra de eo per quem factum eſt. l. fi. & ſupra de iure dot. l. ſi extraneus.

Cum tale.

Conditio negatiua quæ nõ poteſt impleri viuo legatario ſine expectatione triſtis euentus, impletur præſtita cautione Muciana. Bartolus.

LXXII. IDEM *libro octauodecimo Quæſtionum.*

CVm tale legatum eſſet relictum: *Titiæ, ſi à liberis non diſceſſerit*: negauerunt eam rectè cauere: [a] quia vel mortuis liberis [b] legati conditio poſsit exiſtere. Sed diſplicuit ſententia. [c] Non enim voto matris [d] opponi tam † ominoſa non interponẽdę cautionis interpretatio debuit: & cũ patronus liberto certã pecuniam legaſſet ſi à liberis eius nõ deſceſſiſſet, permiſit Imperator velut [e] Mucianam cautionem offerri. fuit enim periculoſum ac triſte, libertũ coniunctũ [f] patroni liberis, eorũdem mortem expectare.

Conditio negatiua quæ poteſt impleri viuo legatario, non impletur per cautionẽ Mucianam. Bartolus.

Titius heredem [g] inſtitutũ rogauit poſt mortem ſuam [h] hereditatem reſtituere, ſi fideicõmiſsi cautio non fuiſſet petita. Mucianæ cautionis exemplum [i] ante conſtitutionem [k] remiſſæ cautionis locũ habere non potuit: quoniam viuo eo cui relictũ eſt, impleri conditio potuit. Quid ergo ſi ita ſcriptum ſit: *Peto poſt mortem* B *tuam reſtituas hereditatem ita, ne ſatis fideicommiſsi petatur, né ve ratio exigatur?* Sine dubio per huiuſmodi verba, non interponendæ [l] quidẽ cautionis conditio videbitur adſcripta: rationi verò non exigẽdæ modus adhibitus: [m] ſcilicet vt culpa, non etiam dolus remiſſus intellegatur. Idque in eius perſona qui negotia geſſit, cuíque rationis reddendæ neceſſitas fuerat teſtamẽto remiſſa, [n] reſcriptum eſt. [o]

Conditio deficiens non extinguit, quæ pendens non ſuſpendit C legatum. Bartolus.

*Si arbitratu Titij Seia nupſerit, heres meus ei fundũ dato.* Viuo Titio etiã ſine arbitrio Titij eã nubẽtẽ legatũ accipere reſpõdendũ eſt: eámq; legis ſententiam videri, ne quod omnino nuptiis impedimentum inferatur. [p] Sed ſi Titius viuo te-

CVm tale.] CASVS. Ad euidentiam huius legis diſtingue inter conditiones quæ in non faciendo conſiſtunt: quia aut eſt talis quæ in vita legatarij non poteſt exiſtere vel impleri: aut poteſt exiſtere viuo legatario cui eſt apposita conditio. Primo caſu conſequitur legatum legatarius præſtita à ſe cautione Muciana heredi de non faciendo, puta quia fuit ei legatum ſi in Capitol, non aſcenderet. & ſic loquitur ſupra eod. l. Mucianæ. & de lega. ij. cum filius. §. qui Mucianam. & l. iij. In ſecundo caſu ſubdiſtingue: quia aut poteſt impleri ſine malo omine legatarij, puta quia ſunt illi legata. x. annua ſi non receſſerit à filiis teſtatoris, quæ quidem conditio poteſt exiſtere viuo legatario mortuis filiis, & ipſe legatarius nihil attinet filiis teſtatoris, & ſic non eſt legatario periculoſum & triſte eorum mortem expectare: & tunc nõ præſtatur cautio Muciana: ſed expectatur donec exiſtat conditio per mortem filiorum teſtatoris: & tunc conſequetur legatum aut cum malo omine legatarij poteſt impleri viuo legatario, puta quia eſt marer filiorum teſtatoris illa cui ita legatum eſt, vel eſt libertus teſtatoris ille cui legatum eſt, vel etiam alio modo coniuncta perſona, & ſic eſt legatario periculoſum & triſte filiorum teſtatoris mortem expectare: & tunc non expectatur quòd conditio exiſtat per mortem filiorum teſtatoris, ſed præſtatur cautio Muciana, & conſequitur legatum legatarius ſiue legataria. & h. d. hæc. l. licet quidam dicant contrarium, qui reprehendun tur in litera. Viuianus.

† Sic rectè Flor. perperam in vulgat. oneroſa Ant. Aug. lib. 4. cap. vlt.

a *Cauere.* ſcilicet cautione Muciana. Rog.

b *Liberis.* viua matre. & eſt bona ratio in extraneo: vt. j. §. Titius. & infra eodem. l. pater. §. ſocrus. non in matre: vt hic. & eſt ratio vt ſubiicit. nec in patrono: vt infra proxi. Accurſius.

c *Sententia.* id eſt dictum & ratio. & ſic mulier cauet, vt legatũ habeat. ſed alia ratio eam excuſare videtur, quia viduitatem inducit: vt ſupra eod. l. ſed ſi hoc. §. finali. & ſecundum hoc dic ſententia, id eſt ratio, non dictum. vel ibi expreſſit ne nuberet. quod hic non fecit. ADDITIO. Non intelligas hanc ſolutionem quòd tacitè poſſet induci viduitas, expreſsè non: quia eſt contra. l. hoc modo. s. eo. ſed intelligas quòd hic fuit ſimpliciter relictum ſi à liberis non diſceſſerit. & ſic viduitatem non inducit, ſecundum Barto. hic.

d *Voto matris.* quod eſt vt filij viuant poſt eam: vt. s. de inoffic. teſta, l. nam & ſi parentibus.

e *Veluti.* nam propriè Muciana locum non habet, cum poſſit impleri viuo liberto: vt. s. proximo.

f *Coniunctum.* ſecus in non coniuncto: vt. j. proxi. §. no.

*Titius.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seium, & rogauit eundem Seium vt poſt mortem ſuam Seij reſtitueret hereditatem Gaio ſub cond. ſi cautio fideicommiſſi ſoluendi non peteretur per Gaium prædictum fideicommiſſarium à dicto Seio herede. & deceſſit dictus Titius teſtator. nunc vult Gaius incontinenti habere fideicommiſſum hereditatis, & cauere Muciana cautione Seio heredi de non petendo ab eo cautionem fideicommiſſi præſtandi ſibi Gaio. quæritur, nunquid poſſit? Et dicitur quod non: & eſt ratio: quia viuo Gaio cui relictum eſt fideicommiſſum, potuit impleri conditio non petendæ cautionis fideicommiſſi præſtandi Gaio, puta, mortuo Seio herede viuente eodem Gaio fideicommiſ. & hoc quod dixi, habebat locum etiam antequam fieret conſtitutio quæ eſt. C. vt in poſ. lega. l. ſcire. quæ dicit teſtatorem poſſe remittere ſatiſdationem fideicom. præſtandi propter A dictam rationem: quia viuo Gaio &c. vt dictum eſt. & etiam habet locum poſt dictam conſtitutionem: quia remitti poteſt ſatiſdatio per teſtatorem, vt dictum eſt. Sed pone quòd dictus Titius teſtator ita dixit, peto à te Seio herede vt poſt mortẽ tuam reſtituas hereditatem meam Gaio ita, ne à te per Gaium petatur ſatiſdatio fideicom. prę́ſtãdi ſibi, & ita ne à te per eum ratio exigatur de eo quod expendes de hereditate mea ante mortẽ tuam. & ita appoſitæ fuerunt duæ conditiones. certe in hoc caſu ſine dubio per huiuſmodi verba videtur adſcripta cõditio non interponendæ cautionis ſiue ſatiſdationis fideicõmiſ. præſtãdi Gaio. vnde habebit locũ in hac conditione illud quod s. dictũ eſt, ſcilicet vt Gaius nõ poſſit habere ſtatim fideicõmiſ. cauendo Muciana cautione de non petendo à Seio herede ſatiſdationẽ fideicõ. ſibi Gaio præſtãdi. ſecũdæ autẽ conditioni in verbis teſtatoris appoſitę, ſcilicet rationis nõ exigẽdæ à Seio herede per Gaiũ fideicom. videtur per teſtatorẽ modus adhibitus, ſcilicet vt culpa Seij heredis intelligatur remiſſa, & non dolus cõmiſſus in diſſipãdo res hereditarias: ſicut eueniret in eo qui geſsiſſet alia negotia teſtatoris, & teſtator remiſiſſet ei neceſsitatem reddendæ rationis. qui quidem nihilominus de dolo teneretur. Vi.

g *Titius heredem.* ſub hac conditione ſi fideicom. &c.

h *Suam.* ſcilicet heredis.

i *Exemplum.* id eſt iſta cautio Muciana: ſed ideo dicit de exemplo, quia olim cum ſolennitate interponebatur, quæ hodie ceſſat.

D k *Ante conſtitutionem.* ſubaudi etiam ante conſtitutionem illam quæ dicit teſtatorem poſſe remittere ſatiſdationem: vt. C. vt in poſ. leg. l. ſcire. ſic ergo nec ante. l. illam interponebatur, quoniam viuo &c. vt. s. in princ. l. no. Item nec poſt: tum quia remitti poteſt, vnde nõ eſt neceſſe caueri: tum quia viuo &c. & dic potuit, ſcilicet mortuo herede viuente legatario.

l *Non interponenda.* ſatiſdat ergo heres [a] de hereditate reſtituenda: niſi teſtator remiſerit: vt hic, &. C. vt in poſ. leg. l. cum Archimedoram. ſed & iure nouo cauet in caſu, vr quando rogatur reſtituere quod ſupererit: vt. C. ad Treb. auth. contra rogatus. aliàs non inuenio iure nouo. Item & rationem reddere debet, niſi vetuit teſtator, vt hic. &. j. ad Trebel. l. mulier. §. ſed enim.

m *Adhibitus.* ſub. videtur &c. ad quod eſt. s. de lib. leg. l. non ſolum. §. ſi heres. & l. Aurelio. §. Mæuia. &. s. de admini. tu. l. quidam decedens. &. s. manda. l. penul §. fina.

n *Remiſſa.* quia non videtur dolus remitti: vt. s. proxi. reſpon. ſed E aliàs rationem reddere debet: vt. s. de negot. geſt. l. ij.

*Reſcriptum.*] CASVS. Quidam habent hic. §. reſcriptum &c. Alij habent. §. ibi, ſi arbitratu Titij &c. & continuantur illa verba, reſcriptum eſt &c. cum ſuperiori. & vtraque litera bona eſt. & pone ita caſum: Seius ita dixit in teſtamento ſuo. Si arbitrio Titij Seia nupſerit, heres meus ei fundum dato. & deceſsit dictus teſtator. certe ſi Seia nnbat viuente dicto Titio etiam ſine arbitrio Titij, capiet legatum. & eſt ratio, ne aliquod impedimentum nuptiis inferatur. & idem eſt ſi Titius ſit mortuus. nam licet conditio Seiæ appoſita defecerit per mortem Titij, quia eius arbitrio nubere non poteſt, tamen ſuccurretur Seiæ nubenti vt habeat legatum. nam & ſi penderet dicta conditio, eo quòd Titius viueret, pro nihilo foret, vt dictum eſt. Viuianus.

o *Reſcriptum.* aliàs hic eſt. §. aliàs ibi, ſi arbitratu.

p *Inferatur.* ideoque & hæc conditio remittitur, quaſi viduitatem aut deterius inducat: vt. ſupra eo. l. cum ita in fin. &. l. hoc modo.

a] Sed intra quod tẽpus debeat ſatiſdare, vide ad longum in Spe. tit. de 1. & 2. decre. § ſequitur videre. verſic. porro. & quo modo cautio & ſatiſdatio differant: gl. & dac. no. in rub. s. qui ſatiſd. cogan. Bart. in rub. in ius voc. vt cant. s.

Azo.& facit.ſ.eo.l.filiæ.&.ſ.de lega.j.l.turpia.§.j. Sed argu. contra. ſ.de admini.tuto.l.Titium.in princip. Sed quid ſi pure legauit, & ſub conditione rogauit eam de reſtituendo ei cuius arbitrio mulier nubere debeat? Reſpon. forte valet ſecundum Azo.

*Mæuiæ.*] CASVS. Ita dixit Titius in teſtamento ſuo: Mæuiæ ſi nõ nupſerit, fundum cum morietur lego. certe etiam ſi nubat, admittitur ad legatum, & incõtinẽti, ſcilicet vt habeat dotem, ſecus eſſet ſi ita dixiſſet teſtator, Mæuię ſi nõ nupſerit, fundum vſque ad quinquenniũ lego, vel fundum ei lego ſi Titius conſul fact⁹ fuerit. nam his duobus caſibus, ſcilicet cum eſt appoſitus dies cert⁹ vel incertus alius à morte Mæuiæ, non conſequetur Mæuia nubens legatum ante dictum diem certum vel incertũ venientem. Viuianus,

a *Eam confeſtim.* ſed cur nõ expectatur dies mortis in ſolutione legati, licet tali conditioni, ſcilicet ſi non nupſerit, non ſit neceſſe parere: vt ſupra de condit. inſtitu. l. quę ſub conditione.§.ſi quis.nam & ſi mors tantum eſſet appoſita, ſeruaretur dies eius. Item plus habere non debet ſi non paruit illicitæ cõditioni. quàm ſi paruerit licitæ: vt infra eodẽ l.mulieri? Reſpon. ideo tollitur dilatio, quia teſtator in euentum conditionis expletę voluit eam habere legatum, tunc enim eſt certum eam non nubere, cum iam eſt mortua: vnde tantum voluit præſtari legatum. ſed cum conditio ſpernatur, eius diem vel dilationem in ſolutione expectari ſuperfluum eſt. videbãtur enim teſtatori hæc duo paria: lego tibi cum morieris: & lego tibi ſi non nupſeris. Sed contra eſt: vt infra eodem l.heres in princi. &.§.quamuis.Azo. Vel ſecundum H. nõ expectatur dies mortis ad ſolutionem propter publicam vtilitatem, quæ eſt vt ſtatim conſecuta legatum poſſit nubere, & filios procreare: vt ſupra eodẽ l. hoc modo in fine. Item hoc in muliere quę virum non habuit. In vidua vero cui à viro vel ab alio legatur ne nubat, ſecus eſt: vt.C.de iudic. vj.tollen.auth.cui relictum.

b *Certus.* puta kalendis Ianuariis, vel ad annum.

c *Incertúſve.* vt cum Titius erit conſul. tunc ergo dies legati expectabitur. ad quod ſupra.l.ſed hoc ita.§.finali.

*Falſam cauſam legato.*] CASVS. Pone quòd ita dixit teſtator, lego Titio centum, quia negotia mea curauit. certe etiam ſi non curauit negotia, tamen habebit legatum: quia falſa cauſa non obeſt legatario enim ſiue cauſa legandi non coheret legato, ſcilicet vt ea ceſſante ceſſet legatum. ſed ſi probet heres teſtatorem aliter legaturũ non fuiſſe niſi negotia curaſſet Titius, obſtabit Titio exceptio doli. Falſa etiam conditio non nocet legato: quia impoſſibilis eſt, puta ita dixit teſtator: Pamphilus liber eſto ſi ſoluerit illud quod debeo Titio. & hoc eſt verum ſi teſtator nihil debebat Titio: & ſic cum ſit impoſſibilis conditio, habetur pro nõ adiecta, & ſeruus libertatem cõſequitur ſed ſi in veritate debebat teſtator centum Titio, & poſt teſtamentum factum ſatisfecit idem teſtator Titio, nõ habebit ſeruus libertatem: quia intelligitur defeciſſe conditio. nam fuit impoſſibilis, & ſeruus eam non impleuit. Sed quid dices de falſa demonſtratione? & certè ſicut non facit inutile legatum: vt ſupra eodem. l. demonſtratio, ita non facit legatum illud quod non eſt legatum: velut ſi teſtator ita ſcribat: Ex centum quæ Titio legaui, quinquaginta heres Seio dato. cum in veritate non legaſſet aliquid Titio. nã non propter hoc petet Titius centum, quia teſtator nõ ſcripſit prædicto modo animo legandi Titio, ſed animo deminuendi legatum quod à ſe datum Titio falſo exiſtimabat. propter prædictam tamẽ falſam demonſtrationem legati non conſequitur Seius plus quàm ſi vera fuiſſet demonſtratio. vnde non habebit Seius niſi quinquaginta, quamuis quidam crederent quòd Seius deberet habere plus A ex eo quòd Titius nihil habet plus de dictis centum. h.d. vſque ad fi.l. Viuianus.

d *Falſam.* vt quia negotia mea curaſti, tibi lego: vt ſupra eodem.l. demonſtratio.§.quamuis.

ſtatore decedat: licet conditio deficit, quia tamen ſuſpẽſa quoque pro nihilo foret, mulieri ſuccurretur.

Conditio de non nubẽdo ſi adiiciatur cum tempore mortis, vtrumque reiicitur. ſi cum alio, reiicitur conditio, & tempus remanet. Bartolus.

*Mæuiæ, ſi non nupſerit, fundum cũ morietur lego.* Poteſt dici, & ſi nupſerit, eam confeſtim [a] ad legatũ admitti. Nõ idem probatur ſi certus [b] dies, incertúſve [c] alius legato fuerit adſcriptus.

Falſa cauſa non vitiat legatum, niſi de voluntate teſtatoris doceatur. Bartolus.

Falſam [d] cauſam legato non obeſſe verius eſt, quia ratio legandi legato non coheret. [e] ſed plerunque doli exceptio locum habebit ſi probetur aliàs legat. nõ fuiſſe. [f]

Conditio de futuro quæ implicat aliquod præteritũ vel præſens ſi eſt impoſſibilis, non vitiat: ſecus ſi eſſet poſſibilis, & deficiat. Bart.

Falſam conditionem Caſſius & Cælius Sabinus impoſſibilem eſſe dixerunt: [g] veluti, *Pamphilus, ſi quod Titio debeo, ſoluerit, liber eſto*: ſi modò nihil Titio fuit debitum. Quòd ſi poſt teſtamentum factũ teſtator pecuniam exſoluit, defeciſſe [h] conditionem intellegi.

Quæ adiiciũtur ad deminutionem, non operantur augmẽtum. Bartolus.

B Falſam legari demõſtrationem non facere [i] legatum Sabinus reſpondit: veluti ſi quis cum Titio nihil legaſſet, ita ſcriptum reliquerit: *Ex centum quæ Titio legaui, quinquaginta heres Seio dato.* [k] idque ſũpſit [l] ex defuncti voluntate: quia non animo legandi, ſed deminuẽdi [m] legatum quod falſò datum exiſtimaret, ita ſcriberet. propter falſam tamen demonſtrationem legati non plus Seius adſequetur, [n] quàm ſi verè demonſtratum C fuiſſet.

Deficiente conditione pro qua fuit præſtita cautio, debetur legatum ei inquem fuit tranſlatum in eum caſum, & liberatur heres actionem cedendo etiam ſi cautio ſic defecta. Bartolus.

e *Non coheret.* ſcilicet vt ea ceſſante ceſſet legatũ ſecus autem eſt in ratione legis. nam ea cohæret intantum, vt ea ceſſante ceſſet lex: vt infra de iure patro.l. adigere. §. quamuis. & not. ſ.de legi. & ſenatuſconſul.l. non omnium. & facit.ſ. de condic. indebi.l. damus. & ſupra de heredi. inſti.l.fi.

f *Non fuiſſe.* facit. C.de fal.cau.l.j.

Conditio falſa an legatum viuet.

g *Dixerunt.* nunquid ergo habetur pro non adiecta, & ſic valet relictũ, vel vitietur? & certe aut eſt de præſenti, vel de præterito: vt ſi Titius eſt conſul vel fuit. & tũc ſi eſt falſa, quia nec eſt nec fuit conſul, non valet relictum. aut de futuro eſt cõditio impoſſibilis: vt ſi cœlum digito tetigeris: & tunc habetur pro non adiecta, & valet relictum: vt ſupra de iniuſto teſta.l.cũ in ſecundo. & inſtitu. de hered.inſtitu.§. impoſſibilis. In præſenti autem caſu ſi ſolueris quod Titio debeo, lego tibi libertatem. an ſit de pręſenti, & ſic nõ valeat relictum: quod R. dixit: & pro eo eſt verbum debeo an de futuro propter verbum ſoluerit, quod eſt de futuro: quod eſt verius: & ſic valet fauore libertatis & vltimæ voluntatis. & hoc eſt quod.j.dicit defeciſſe conditionem.

h *Defeciſſe.* ex poſtfacto. ſed ſupra ab initio fuit impoſſibilis. & facit ſupra de lega.j.l.ſi ſic.§.j.

i *Non facere.* licet ei non noceat ſi de legato conſtaret: vt ſupra eo. D l.falſa. & infra in fine huius legis.

k *Dato.* nil ergo per hoc legat Titio: vt hic ſed eſt deriſorium, vt in eo qui nullam habet domum, & legat domum: vt ſupra de leg.j.ſi domus & arg. de le.ij.l.Titia.in prin. ſed Seio ſic: vt infra in fi.l.

l *Sumpſit.* Sabinus.

m *Diminuendi.* ad hoc ſupra de adimen.lega. l. legata inutiliter. & infra de manumiſ.teſta.l.Titia.§.fi.

n *Adſequetur.* habebit ergo Seius.l.in ea: quia falſa demonſtratio non nocet: vt hic, & ſupra eodem l.falſa. licet non proſit Titio: vt ſupra dixit.

*Titio.*] CASVS. Legatus eſt per Gaium Titio fundus ſi in Aſiam non venerit idem Titius. & idem fundus legatus eſt per dictum Gaium Semprouio ſi venerit dictus Titius in Aſiam. & deceſſit dictus Gaius teſtator: & heres eius accepit à dicto Titio cautionem Mucianam de non veniendo in Aſiam. & dedit ei dictum E fundum. & bene fecit heres: quia in omnibus conditionibus quæ morte legatariorum finiuntur, ſicut eſt & prædicta conditio de non veniendo in Aſiam: receptum & ſtabilitum eſt à ſapientibus vt Muciana cautio interponatur. & poſtea dictus Titius venit in Aſiam: & ita fecit contra conditionem, & contra ſuam promiſſionem. certe heres cogitur præſtare dicto Sempronio per vtilem actionem ex teſtamento illud quod conſequi poteſt à Titio ex ſtipulatu ſiue ex ſtipulatione dictæ cautionis interpoſitæ. Sed pone quòd Titius petiit dictum fundum ab herede, & cum heres ſcilicet peteret ab eo vt caueret ei Muciana cautione, Titius noluit ei cauere, ſed promiſit ei quòd bene caueret, cum eſſet dictus Titius homo cui videbatur credendum: & ſic heres dedit ei fundum: & poſtea Titius noluit ei præſtare dictam cantionem: & poſtea venit idem Titius in Aſiam: & ſic vindicauerit ſibi locum legatum Sempronij. nunquid heres præſtabit Sempronio fundum vel eius æſtimationem de ſeruo heredis? Certe non, ſed ſatis erit

ſi heres

ſi heres præſtet Sempronio contra Titium actiones ex illa promiſſione quam heredi fecit Titius de Muciana cautione cauendo. Sed pone quod Titius promiſit heredi de non veniendo in Aſiam, & nihilominus venit, & ſic ceſsit dies legati Sempronij adimpleta conditione quæ erat appoſita ſuo legato, & poſtea deceſſit Sempronius antequam legatum acciperet? Certè heredi eius debetur quod ipſa poterat petere. Viuianus.

LXXIII. IDEM *libro nonodecimo Quæſtionum.*

TItio fundus, [a] ſi in Aſiam nõ venerit: [b] idem, [c] ſi peruenerit, [d] Sempronio legatus eſt. Cum in omnibus [e] conditionibus quæ morte legatariorum finiuntur, receptum eſt vt Muciana cautio interponatur: heres cautionẽ à Titio accepit, & fundum ei dedit. Si poſtea in Aſiam peruenerit: [f] Sempronio heres quod ex ſtipulatu cautiõis interpoſitæ cõſequi poteſt, vtili [g] actione prędtare cogitur. Sed ſi cautio medio tempore [h] defecerit, quæ ſollicitè fuerat exacta, [i] non de ſuo præſtabit heres: ſed quia nihil ei poteſt obiici, [k] ſatis erit actiones [l] præſtari. Si tamẽ Titius cum in Aſiam veniſſet, Sempronius prius quã legatũ accipiat, deceſſerit: heredi [m] eius deberetur quod defunctus petere potuit.

Qui admittitur ad legatum de iure ſpeciali contra voluntatem

a *Titio fundus.* puta Tuſculanus.

b *Non venerit.* ſcilicet Titius.

c *Idem.* ſcilicet fundus.

d *Si peruenerit.* ſcilicet Titius in Aſiam.

e *In omnibus.* non faciẽdi. Et not. duo neceſſaria vt cautio Muciana locum habeat: quòd ſit conditio in non faciendo, item quòd morte finiatur: vt hic, &.s̃. eodẽ. l. Mucianæ. & infra eodem. l. pater. §. ſocrus. & infra ad Trebel. l. ſeruo inuito. §. j. in caſu ceſſat: vt infra de manumiſ. teſta. l. libertas. §. j. contra. Sed eſt ibi fauor libertatis. Accurſius.

f *Peruenerit.* ſcilicet Titius. & ſic transfertur legatum in Sempronium.

g *Vtili actione.* id eſt efficaci, ſcilicet ex teſtamẽto. Item habet & rei vindi. ſecundus legatarius contra primum.

h *Medio tempore.* inter traditionem fundi factam Titio, & antequam ipſe veniret in Aſiam.

i *Exacta.* id eſt petita: non tamen præſtitit eam Titius.

k *Obiici.* quia ſolicite petiit.

l *Actiones.* indebiti ſcilicet condictionem: quia indebitum eſt Titio cautione non præſtita, vel quia ſciens ſoluit indebitum, ceſſat condictio indebiti: ſed habet condi. ſine cauſa: quia licet ab initio fuit cauſa, rediit ad non cauſam cum Titius venerit in Aſiam: vt ſupra dę condic. ſine cau. l. j. §. fi. Vel dic quòd Titius promiſit ſe cautionem præſtaturũ: & ex hac promiſſione cedit actionem. ſed certè non ad hoc agitur vt Titius caueat: niſi dicas in ea interuenire intereſſe: quia non cauit: quod intereſſe eſt fundi æſtimationis præſtatio. Item ſi heres non exegit cautionem cum poſſet, videtur eſſe in dolo: vt infra ti. j. le. dolo. & ideo tenetur ad exhibendum: quia dolo fecit quo minus poſſit exhibere: vt ſupra ad exhi. l. Iulianus. §. ſi tibi decem. Sed quo modo non ſemper eſt in dolo, cum non debuit tradere niſi pręſtita cautione? quid ergo eſt quod ſupra dixit ſolicitè exegit? Reſpon. promiſit ſe cauturum, & erat homo cui videbatur credendum: vel fortè habuit ſine traditione heredis: vt infra pro leg. l. pe. Item an deficiente actione ad exhibendum, habeat in factum Sempronius cõtra Titium: vt. d. §. ſi tibi decem? Reſpon. non, cum detur in defectum, vt ibi: ſed hic reſtat rei vindi. vt dixi.

m *Heredi eius.* vtpote die legati ſecundi cedente, cum Titius venerit in Aſiam. & facit. s̃. de vſufru. lega. l. Sticho.

MVlieri.] CASVS. Seiæ & Titio extraneo à dicta Seia vſuſfructus relictus eſt per Gaium ſub conditione, ſi non nupſerit eadem Seia. poſtea deceſsit dictus Gaius teſtator, & poſtea dicta Seia nupſit: & ita fecit contra conditionem appoſitam vtriuſque legato. vnde Titius quantum ad ſuam partem legati defectus eſt conditione, & ſic eam habere non poteſt: vt. C. de indic. vi. l. j. certè quamdiu viuet dictus Gaius Titius, & in eodem ſtatu, ita ꝙ capite non minuatur, habebit Seia tantum partem dicti vſusfructus. & idem credo ſi moriatur, vel capite minuatur. nam intelligendum eſt tantum ex legato dicti vſusfruct. conceſſum eſſe mulieri prædictæ per beneficium legis quæ admittit eam ad legatum ſpreta conditione viduitatis, quantum haberet ſi conditioni non paruiſſet, id eſt ſi non nupſiſſet: quo caſu non haberet niſi dimidiam vſusfruct. cum haberet Titium collegatarium. non ergo proderit mulieri ſi Titius legatum repudiet, id eſt habere non poſsit, vt dictum eſt. Viuianus.

A n *Mulieri & Titio.* extraneo. aliàs ſi eſt ſic coniunctus mulieri vt non ſit veriſimile eam nubere ſine eius conſenſu, etiam in perſona eius talis conditio ſpernetur: vt. j̃. eo. l. heres. §. fi.

o *Si non nupſerit.* hæc conditio in perſona vtriuſque apponitur, & in perſona Titij valet: vt C. de indic. vi. l. j. & in perſona mulieris non, vt dicitur hac. l.

defuncti, non habet ius accreſcendi. Bartolus.

LXXIIII. IDEM *libro trigeſimoſecundo Quæſtionum.*

MVlieri † & Titio [n] vſusfructus, ſi non nupſerit [o] mulier, relictus eſt. Si mulier nupſerit [p] quãdiu Titius & viuit, & in eodem ſtatu [q] erit, partẽ vſusfructus [r] habebit. Tantũ enim beneficio legis [ſ] ex legato conceſſum eſſe mulieri intelligendũ eſt, quantũ haberet ſi conditioni paruiſſet: nec ſi Titius qui conditione defectus eſt, legatum repudiet, ea res mulieri proderit. [t]

† Vide in hanc legem Alcia. lib. Parad. 6. c. 8.

Dies incerta pro conditione habetur. Bartolus.

LXXV. IDEM *libro trigeſimoquarto Quæſtionum.*

DIes incertus [u] conditionem in teſtamento facit.

C LXXVI. IDEM *libro ſexto Reſponſorum.*

FIdeicommiſſum à filiis relictum, *Si quis ex his ſine liberis*

p *Nupſerit.* & ſic Titio relictum deficit: vtpote conditione defecta: vt d. l. C. de indi. vi. l. j. Accurſius.

q *Statu.* hoc ſine dubio. ſed ſi mutet ſtatum, an accreſcat mulieri? videtur quòd ſic, vt hic à cõtrario ſenſu. Sed dic cõtra: vt in fi. l. dices. Accurſius.

r *Partem vſusfructus.* id eſt dũtaxat quam à principio habuit. Sed cõtra ſupra de lega. ij. l. fin. §. Seio. Sed ibi alteri tantum fuit appoſita conditio, hic vtrique.

ſ *Legis.* quę admittit eã ad legatum ſpreta conditione viduitatis.

t *Proderit.* vt ei accreſcat, quoniam ille repudiare non poteſt: quod etiam ſi vellet, habere non poſſet propter cõditiõis defectum: vt ſupra de lega. ij. l. ſi ita relictum. §. ſi ſub conditione. Idem dicas ſi capite fuerit deminutus, vel mortuus: quia non poteſt videri amittere quod non habuit: vt ſupra quib. mod. vſusfruct. amit. l. j. §. ſed ita demum. & infra eodem. l. Titio. & infra de regu. iur. l. non videtur rem. Sed nonne fuerunt coniuncti? ergo ius accreſcendi inter eos locum habet: vt ſupra de vſufruct. ac. l. j. in princip. quæ eſt contra? Solu. ibi alter tantum amiſit, hic vterque, cum communis conditio defecerit: licet mulier ex quadam diſpenſatione reaſſumpſerit ſine iure accreſcendi quaſi ſuam partem magis per legem quàm per teſtatorem habeat. Item eſt argu. ſupra de do. præle. l. ſi Seiæ. Item not. ex præmiſsis quòd D aut apponitur conditio ſi non nupſerit, mulieri tantum, aut alij tantum, aut mulieri & alteri. primo caſu remittitur: vt ſupra eodem. l. ſed ſi hoc. §. fina. ſecundo non: vt infra eod. le. auia. §. Titio. & C. de indic. vi. l. j. In tertio habet locum hæc lex. in qua dic, aut mulier paret conditioni, quia fit monacha vel conuerſa: vnde iam non poteſt nubere: & tunc quilibet habet dimidiam. ſi vero non paret, ſed nubit, ſocius perdit: ipſa non, ſed per legem tantum ſuam partem habet, & ea ſit contenta. ſi autem in perſona Titij tantum eſſet appoſita conditio, mulier totum habet pendente vel deficiente conditione Titij: vt ſupra de vſufruct. ac. l. idem ſi apud. §. fi.

DIes.] CASVS. Ad euidentiam huius. l. nota quòd ſi lego tibi aliquid ſub conditione: & tu decedis ante condi. impletam, non tranſmittis legatum ad heredem tuum: vt. j̃. quando di. leg. ce. l. iiij. certè idem eſt ſi lego tibi ſub die incerta, puta quia dixi: Heres meus cum morietur. x. dato. nam mors eius heredis mei habet E diem incertum: & ideo ſi tu legatarius ante deceſſeris quàm heres meus, ad heredem tuum legatum non tranſit, quia non ceſsit dies legati te viuo. vt. s̃. eo. l. j. §. dies autem. Viuianus.

u *Dies incertus.* puta heres dato cum morieris. ſecus ſi dicat, cum morietur legatarius: vt. j̃. eo. l. heres. ij. reſpon. ſecus in ſtipulatione vbi ſpes ſemper tranſit ad heredes. & facit ſupra de condit. inſtit. l. quod ſi ſub ea. & C. de cadu. tol. §. ſin autem. Sed arg. contra. s̃. eo. l. cum tale. §. Mæuiæ. vbi non differt dies certus ab incerto. Sed ibi quo ad aliud: hic quo ad tranſmiſſionem.

FIdeicommiſſum.] CASVS. Inſtitui mihi heredes Titium & Seium meos filios, & rogaui eos per fideicommiſſum vt reſtituerent fundum hereditarium Gaio ſub condi. ſi aliquis ex eis deceſſerit ſine liberis: & deceſsi. poſtea vnus dictorum meorum filiorum videns ſe non poſſe habere filios naturales & legitimos, vt dominus Bonacoſa, adoptatiuit ſibi Sempronium in filium, &

nota

deceſſit hic adoptator. nunquid hic legitimns filius excludet fideicommiſſum Gaij? Et dicitur quòd non. Viuianus.

a *Adoptionis.* nõ ergo per omnia naturali cõparatur.ſic.ſ. de lega.j.l.ſi ita quis.§.ſi.& in auth.quib.mo.natu. effi.ſui.§. adoptionis.

*diem ſuum obierit*, adoptionis [a] cõmento non excluditur.

Conditio appoſita in inſtitutione, in legato eidem facto intelligitur repetita. Bartolus.

LXXVII. IDEM *libro ſeptimo Reſponſorum.*

AVia quæ nepotem ſub conditione emãcipationis pro parte heredem inſtituerat, [b] ita poſtea codicillis ſcripſit: *Hoc amplius* [c] *nepoti meo, quàm quòd eum heredem inſtitui, lego prædia illa.* Cõditionem emancipationis repetitam [d] videri placet, quamuis auia nullam in legatis, vt in hereditate, ſubſtitutionem feciſſet. Nam & cũ ſeruus purè quidem liber, heres autẽ ſub conditione ſcriptus, &, ſi heres nõ extiterit, legatũ accipere iuſſus eſt: in legato repetitam [e] videri libertatem diuus Pius reſcripſit. C Muciana cautio locum non habet, ſi per aliam conditionem [f] actio legati differri poſſit.

Conditio ſi non nupſerit, in extraneo de reſtituendo mulieri rogato ſpernitur. Bartolus.

*Titio, ſi mulier non nupſerit, heres centum dato.* quam pecuniã eidem mulieri Titius reſtituere rogatus eſt. [g] Si nupſerit mulier, die legati cedente [h] fideicõmiſſum B petet. [i] remoto [k] autem fideicommiſſo legatarius exemplũ Mucianæ cautionis non habebit.

Conditio appoſita adminiſtrationi nõ ſuſpendit dationem tutelæ. Item conditio limitatur ex præſumpta voluntate defuncti. Item conditio cautionis non petendæ remiſſa intelligitur. Bar.

Pater exheredatæ filiæ tutores dedit: eóſque, ſi mater eius impubere filia [l] conſtituta vita deceſſiſſet, ad rem gerendam ac- C cedere iuſſit, cum vxori mandatum eſſet, vt moriens filiæ communi decies [m] † reſtitueret.

A *via.*] CASVS. Titia habens filium Seium, & ex eo nepotem Gaium, inſtituit ſibi heredem dictum Gaium ſub condi. ſi emanciparetur à patre Seio: eíque, ſi non emanciparetur, ſubſtituit Martinum pone: & dedit ei coheredẽ Semproniũ. & poſtea ita ſcripſit dicta Titia in ſuis codicillis: Hoc amplius nepoti meo, quanquam heredem eum inſtitui pro parte, lego prædia mea puta Titianum & Seianum. certè ſicut nepos non poteſt habere partem hereditatis in qua fuit inſtitutus, niſi emãciparetur, ita nec prædia legata. Et ad hoc adduco tibi ſimile tale: Titia ſcripſit ſeruum ſuum purè liberum: & eũdem ſeruum ſcripſit heredẽ ſub conditione pone, ſi nauis ex Aſia venerit vſque ad annum: & iuſſit eundem ſeruum accipere fundum puta legatum ſub conditione, ſi heres non extiterit. certè ſi nõ extiterit heres, puta quia non extitit conditio inſtitutionis, & ita habere debebat legatum: habebit legatum & libertatẽ: quia in legato videtur repetita libertas, ſicut in principali ſuperiori caſu videtur repetita cõditio emancipationis in legato fundorum. [MVCIANA.] Titius legaui tibi fundum ſi dederis Seio decem, & ſi Capitolium non aſcenderis. certè non habebis legatũ ſtatim cauendo Muciana cautione quòd non aſcendes capitolium, imò prius oportet vt des Seio decem. [TITIO.] Ita dixit Gaius teſtator: Titio heres centũ dato ſi Seia non nupſerit. & rogo Titium prædictum vt dictam pecuniam eidem Seiæ reſtituat. & deceſſit dictus teſtator. & poſtea nupſit dicta Seia: & ita defecit dicta conditio legati Titij prædicti. nunquid mulier poterit petere à Titio dictum fideicõmiſſum de centum, & Titius ab herede? & videtur quòd Titius ab herede petere non poſſit: & per conſequens nec mulier à Titio: quia deficit conditio, vt dictum eſt. ſed certè quamuis Titius non poſſet petere ab herede ſi non erat rogatus de reſtituendo mulieri, tamen quia rogatus eſt mulieri reſtituere, propter mulieris vtilitatem petet, ſcilicet vt ipſa conſequi poſſit per fideicommiſſum. Sed pone quòd dictus Titius non fuit rogatus de reſtituendo mulieri dictum legatum. nunquid antequam mulier nubat, poterit ipſe conſequi legatum, & cauere quòd mulier non nubat? Et dicitur quòd non: & eſt ratio, licet in litera non dicatur: quia ſe Titio viuente poteſt impleri conditio prædicta. nam poteſt mori Titio viuente: & ita certum erit quòd ipſa amplius non nubet: & hoc poteſt eſſe ſine malo omine ipſius Titij: puta quia nihil attinebat mulieri: vt dixi.ſ.eo.l. Mucianæ.&.l. cum tale. iu princ.h.d.vſque ad.§. pater. Viuianus.

Recitatur vtrũq; Papiniani reſpõſum à Martiano in l.cũ ſeruus. 18 ſ. de cõditio. inſtit.

b *Inſtituerat.* eíque ſi non emanciparetur, alium ſubſtituit: vt infra patet.

c *Hoc amplius.* per hoc etiam ſuperiora videntur repeti: vt.ſ. de lega.iij.l. ſi tibi purè.

d *Repetitam.* Not. de repetitione. [a] ſic.j. eo.l. legatum ſub conditione. &.l. libertis. &.ſ. de condit. inſtitut.l. cum ſeruus. &.ſ. de lega.ij.l. Latinus. in fin.&.ſ. de lega.iij.l. in repetendis. Sed contra infra eo.l. Iulius Paulus.in fi. Sol.ibi poteſt dici non fieri repetitionem: quia alia ratio, ſcilicet neceſſitudinis in perſonis poteſt aſſignari: quia fuit facta coniunctio. ſed cum alia ratio non poteſt aſſignari quare duo iungantur: tunc copulatiua coniunctio &, vel cum, inducit repetitionem conditionis: vt hic.

a] Ad hoc facit.c.cauſam quæ.cũ gloſ. ſuper verb.præcedat.in princi extra de reſcrip.

e *Repetitam.* aliàs non valeret: vt hic, &.C. de lega.l. ſeruus.& facit infra de manumiſ. teſta.l.diuus.

f *Aliam conditionem.* quæ poſſit impleri viuo legatario: vt lego tibi fundum ſi Titio decem dederis, & ſi mulier non nupſerit. aliàs ſi ambæ ſunt in non faciendo, pro vtraque exponitur cautio.

A g *Rogatus eſt.* repetita vel non repetita conditione.

h *Cedente.* hoc legitur cum præcedentibus: & dic legati Titio relicti: quia teſtator deceſſit: vt.C.de cadu. tollen.§. cum igitur. vel ab adita hereditate, quod eſt quo ad hoc vt dominium non tranſeat: vt.ſ. de leg.j.l.ſi tibi homo.§. cum ſeruus.

i *Petet.* ſcilicet mulier. ſed à quo petet? poteſt dici quòd directò mulier petat ab herede, nõ autem Titius: vtpote conditione defecta. Vel verius mulier à Titio, & Titius ab herede. licet enim ipſe non poſſet petere ſi ab eo nõ eſſet relictum mulieri, & mulier nuberet, nõ pro ſe, pro alio tamẽ petet heres. ſic ſupra de lega.iij. l.ſi fidei. & infra ad Trebel.l. cogi.§. hi qui ſolidum. & de bo.liber.l.in ſeruitute.§.nonnunquã &.ſ. ſi quis ali. teſt.prohi.l.j.§.j. & de excu.tu.l. legatarius.&.ſ.de leg.ij. l.ei qui. Accurſius.

k *Remoto.* id eſt poſito quòd tantùm Titio legauit ſi mulier non nuberet, non habet locum exemplũ Mucianę quæ hodie ſine ſolennitate proponitur ad exemplum antiquæ ſolennis: & hoc ideo, quia viuo Titio poteſt eſſe certum eam deficere, ſcilicet ea nubente: vt & ſupra eod.l. cum tale.§. Titius. &.j.eo.l. genus.

† Quid hoc ſit, vide Augu. lib.2.c.6

*Pater.*] CASVS. Titius habens Seiam vxorem, & filiam impuberem ex ea, inſtituit ſibi heredem vxorem, & rogauit eam per fideicommiſſ. vt reſtitueret dictæ filiæ dena cum moreretur ipſa vxor: & exheredauit dictam filiam, & dedit eidem filiæ tutores, & iuſſit eos tutores ad rem gerendam accedere ſi dicta vxor ſiue mater filiæ decederet filia prædicta impubere conſtituta. & deceſſit dictus teſtator. nunc quæritur, an dicti tutores videantur dati ſub conditione, vt ſic non poſſint adminiſtrare niſi mater decedat in- D tra pubertatem filiæ? Et dicitur quòd non: imò bene poterunt adminiſtrare ſi puella interim aliquid aliud à dicto fideicommiſſo acquiſierit. Sed nunquid dicta mater tenetur cauere filiæ vel eius tutoribus de fideicommiſſo præſtando ei morte ipſius matris adueniente? Et dicitur quòd non, quia dicta cautio videtur remiſſa matri per verba teſtatoris in quibus præcepit tutores ad adminiſtrationem accedere ſi mater decederet impubere filia conſtituta, & antè mortem matris nolint tutores aliquo modo intromittere ſe de fideicommiſſo filiæ à matre relicto, & ſic nec de cautione fideicomſsi. nam quocumque iudicio voluntatis ſiue vocis teſtatoris tacito vel expreſſo poteſt remitti cautio legatorum vel fideicõmiſſorum, ſcilicet vel alterius teſtamento, omni eo iudicio poteſt remitti dictæ matri. Sed pone quòd filia vel tutores eius petierũt à matre cautionem fideicommiſsi præſtandi cum hoc petere non deberent, vt dictum eſt: & mater non præſtitit, & poſtea deceſſit mater, & dicta filia petit ab heredibus matris fideicommiſſ. E prædictum, & ipſi reſpõdeant ei: tu petiiſti cautionem fideicommiſ. à matre tua contra voluntatem patris tui: ergo nõ debes habere fideicommiſ. nunquid contra eam poteſt taliter præſcribi ſiue excipi? Et dicitur quòd non. nam ea res, id eſt voluntas patris volentis à matre exigi cautionem, non faciet conditionem circa fideicommiſ. filiæ præſtandum. ſ. vt ita demum habeat filia fideicommiſ. ſi non petat conditionem. nam nõ fuit relictum filiæ ſub conditione ſi non peteret cautionem. Item & licet filia deſiderauerit cautionem à matre, tamen non fuit ſecutum onus cautionis: quia & onus hodie ſequi non poteſt aduerſus inuitum heredem iure publico impediente: per quod ius publicũ ſtatutum eſt poſſe per teſtatorem remitti cautionem fideicõmiſ. præſtandi: quod ius eſt: vt.j.vt le.no.ca.l.licet. &.l.ſi. Viuianus.

l *Filia.* ſcilicet eadem.

m *Decies quinque* †. id eſt quinquaginta. nam dixit ſic, cum grauauerim

† Florentiæ legitur, decies reſtitueret. Significatur eo verbo is numerus, qui à nobis vulgò milio dicitur. Ant. Aug.li. 2.cap.6.

uauerim vxorem meam in quinquaginta dandis filiæ eius cū morietur, volo tutores interim adminiſtrare. & ſic videbatur ſub conditione dare ſi mater decederet. ſed tamen aliud eſt, quia hæc cōditio non videtur appoſita niſi adminiſtratori fideicommiſſi à matre reſtituendi: & per hoc videtur remiſſa cautio fideicommiſſi: quia noluit tutores aliquo modo intromittere ſe fideicommiſſis. Accurſius.

a *Nam ſub conditione.* nunc ſoluit. & facit ſupra de tute. l. muto. §. j. Accurſius.

b *Remiſſa.* ſcilicet videtur ſub omni eo iudicio quocumque poteſt remitti ſcilicet aliàs, vel alterius teſtamento.

c *Præſcribatur.* filia petiit cautionem, ſed obtinere non potuit: quia remiſſa erat, vt dixi. nūc matre mortua petit fideicommiſſum.

c *Præſcribatur.* id eſt excipiatur: quod non poteſt: quia cautionem petiit. ſed non poteſt: quia non fuit relictū ſub cōditione ſi non peteret cautionem. Itē nec fuit præſtita, & ſic non habuit heres onus præſtādi. petet itaque filia legatum cum effectu: vt &. j. vt lega. no. ca. l. licet. Accurſius.

d *Caueri deſiderauerit.* i. cautionē ſibi præſtari, in quibus non faciendi cōditionibus Muciana cautio locum habet.

e *Non ſecuto.* id eſt quia nō fuit præſtita cau tio licet fuit petita.

f *Sequi.* id eſt locū habere.

g *Placuit.* vt. C. vt in poſſeſ. leg. l. ſcire.

Non ſub conditione [a] tutores videbuntur dati: nec ſi quid aliud interea puella quæſiſſet, eius adminiſtratione prohiberi. cautio verò fideicommiſſi matri remiſſa. [b] Quocumque indicio voluntatis, cautio legatorum vel fideicommiſſorum remitti poteſt. Itaque ſi cautionis non petendæ cōditio legato vel fideicommiſſo præſcribatur, [c] conditionem ea res non faciet. Non enim deficiet, ſi quis caueri [d] deſiderauerit, onere cautionis non ſecuto: [e] quod aduerſus inuitum hodie iure publico ſequi [f] non poteſt, poſtquam remitti poſſe cautionem placuit. [g]

### Pupillus poteſt impedire conditionem impleri. Bartolus.

LXXVIII. IDEM *libro nono Reſponſorum.*

CVm pupillus aut tutor eius cōditionē in perſonā pupilli collatā [h] impedit: tā legati quàm libertatis iure communi conditio impleta eſſe videtur.

### In alternatiuis ſufficit alterum impleri. Bartolus.

Diſiunctiuo [i] modo conditionibus adſcriptis, alteram defeciſſe non oberit, altera vel poſtea impleta: nec intereſt, in poteſtate fuerint accipientis conditiones, an in euentum collatæ.

### Dies incertus non aptus ſuſpēdere legatū, poſt legatarij mortē non impedit tranſmiſſionē. aliàs ſecus. Bartolus.

LXXIX. IDEM *libro primo Definitionum.*

H*Eres meus, cū morietur Titius, centum ei dato.* Purum [k] legatum eſt, quia non conditione, ſed mora ſuſpēditur. nō poteſt enim cōditio nō exiſtere. [l] *Heres meus, cum ipſe* [m] *morietur, centum Titio dato.* Legatum ſub cōditione [n] relictum eſt. Quamuis enim heredē moriturum certum ſit, tamen incertū eſt an legatario viuo dies legati non cedit, & non eſt certū ad eum legatum peruenturum. Qui poſt Mucianam cautionem interpoſitam legatum accepit, ſi cōtra cautionem aliquid fecerit, ſtipulatione commiſſa etiam fructus heredi reſtituet. hoc enim legatarius & in exordio [o] cauere cogitur. Quamuis vſusfructus, cum morietur legatarius, inutiliter legetur: tamen cautionis Mucianæ remedium vſufructu quoque ſub conditionē alicuius [p] nō faciendi legato, locum habet.

### Conditio ſi non nupſerit, reiicitur in extraneo propter quam veriſimiliter ceſſaret mulier nubere. Bartolus.

Quod in fraudem legis ad im-

C*Vm pupillus.*] CASVS. Inſtitui mihi filium meum impuberē, & legaui Titio. x. ſub conditione ſi decennio ſeruierit dicto meo filio. & deceſſi. poſtea Titius vult ſeruire pupillo: pupillus autem vel tutor eius impedit quo minus ſeruiat. certe iure communi videtur conditio eſſe impleta legati: & ſic habebit Titius legatum. & idem eſſet ſi dediſſet libertatem Sticho ſeruo meo ſub cōditione ſi decennio ſeruiret dicto meo filio. nam volente Sticho ſeruire decennio dicto meo filio, & eo vel tutore eius impediente: iure cōmuni condi. libertatis impleta eſſe videtur. [DISIVNCTIVO.] Legaui Titio. c. ſi aſcenderet Capitolium, vel daret Seio equū ſuū: & ita diſiunctiuo modo appoſui ei duas condi. poteſtatiuas. certè ſufficit ſi adimpleat vnam. & idē eſt ſi legaui ei ſi nauis ex Aſia venerit, vel Seius conſul factus fuerit. ſicque poſui diſiunctiuo modo duas condi. quæ ſunt per me collatæ in euentum. nam & hoc caſu ſufficit vnam exiſtere. Viuianus.

h *Collatam.* puta legatum eſt Titio ſi per. xx. annos ſeruierit pupillo: & conditio ita conſiſtit in facto: aliàs pupillo non nocet ſuum impedimentum: quia nec datio ei facta danti prodeſſet: vt infra de ſolu. l. ſi ſeruus.

i *Diſiunctiuo.* [a] ſecus ſi ſeparatim ſunt poſitæ, vt infra eod. l. quod traditum. & l. ſeq. & facit ſupra de codi. inſtitu. l. v. & infra de verbn. obliga. l. ſi ita.

a] Supple materiā iſtā per gloſ. & doct. j. e. ibi. l. quod traditū. & amplius in. l. ſi ita ſtipulatus. & maximè per Alexan. ibidem. j. de verbo. obligat.

H*Eres.*] CASVS. Ita dixit Gaius in teſtamento ſuo: Heres meus dato. c. Titio cum morietur idem Titius. certè hoc legatum iudicari debet purum, quamuis ſit ſub incerta die relictū, quamuis ita ſit ac ſi eſſet ſub cōdi. relictum. dies enim incertus pro condi. habetur: vt ſupra eod. dies incertus. & ita debet iudicari purum quia dicta condi. no poteſt deficere. certum eſt enim Titium moriturum, & in hoc caſu non videtur conditio appoſita legato. ſed mora vſque ad mortem Titij, & mori Titio incipiente incipit cedere dies legati, & ita tranſmittit poſt mortem Titius ad heredem ſuum. ſecus autem eſſet ſi teſtator ita dixiſſet, heres meus c. Titio dato cum ipſe heres morietur: quia tunc debet iudicari legatum relictum eſſe ſub condi. cum incerta dies pro condi. habeatur: vt dictum eſt. vnde ſi legatarius moriatur ante heredem, non tranſmittit ad heredem ſuum legati petitionē. quamuis enim moriturum heredē ſit certum. tamē incertum eſt an dies legati cedat per mortem heredis, vel nō cedat viuo legatario, & non eſt certum legatū ad legatarium peruenturum: quia ſi decedat ante heredem, non habebit legatum ipſe vel heres eius vt dixi. Viuianus. [QVI POST.] Titius inſtituit ſibi heredem filium ſuum Gaium, & legauit fundum Sempronio ſi nō aſcenderet Capitolium, & deceſſit dictus teſtator. poſtea legatarius cauit Muciana cautione heredi de non aſcendendo Capitolium, & heres dedit ei legatum: poſtea procedēte tempore legatarius aſcendit Capitolium, & ita fecit cōtra dictam cautionem: ſicque contra eum fuit commiſſa ſtipulatio dictę cautionis: certe non ſolum tenetur reſtituere heredi dictum fundum legatum ſed etiam fructus quos ex eo interim percepit. & hoc eſt verum ſiue cauit heredi de fructibus reſtituēdis, ſiue nō. [QVAMVIS.] Legaui Titio vſumfructum ſi non aſcenderit Capitolium. nunquid poterit cauere heredi meo de non aſcendendo, & legatum ſtatim conſequi? Et videtur quòd non, quia conditio prædicta conſiſtens in non faciendo, tunc demum exiſtit, cum moritur legatarius: vt dixi ſupra eod. l. Titio fundum. Et ſic videtur vſque ad mortem legatarij expectandum eſſe vt vſusfructus ei debeatur: & ſic eſt inutile legatum, cum morte legatarij vſusfructus finiatur. dicitur tamen hic quòd bene habet locum in dicto caſu dictum Mucianæ cautionis remedium. [QVOD IN FRAVDEM.] Ad euidentiam nota quòd ſi lego mulieri ſi non nupſerit, ipſa poteſt nubere, & legatum capere quaſi purum: vt ſupra eod. l. ſed ſi hoc. § fin. Pone ergo quòd legaui Titio centum ſi Seia quam ipſe Titius habet in poteſtate, non nupſerit. nunquid habebit Titius. c. etiam ſi filia eius nubat? Et dicitur quòd ſic, quia cum in fraudem. l. ad impediendas nuptias filiæ datum ſit legatum patri, & eidem patri appoſita conditio legato ei relicto, nullam vim habet conditio. & idem eſt ſi legatum eſt filiofamil. ſi pater eius non duxerit vxorem. nam poterit pater accipere vxorē, & filius legatum. ſecus vero eſſet in extraneis: vt dixi ſupra eod. l. mulieri. Viuianus.

k *Purum.* quo ad tranſmiſſionem, nō vt ſtatim poſſit peti. Accur.

l *Non exiſtere.* & ideo licet conditionale ſit, habetur tamē pro puro: vt arg. j. de noua. l. ſi pupillus. §. j. Accurſius.

m *Ipſe.* ſcilicet heres.

n *Sub conditione.* quia ſi conditio extaret viuente herede, non etiā demum poſt mortem extitiſſe videtur: vt infra de col. bo. l. j. §. ſi emancipato. Azo. & facit. j. quando di. leg. ce. l. huius. & l. ſi cum heres. & C. quando di. leg. ce. l. ſi Pontionilla. Accur.

o *In exordio.* licet non caueat, tamen tenetur: vt ſupra de leg. ij. l. cū filius. §. qui Muciana. & ſupra e. l. cum ſub. & ſ. de vſur. l. videamus. §. in Flauiana.

p *Alicuius.* puta lego tibi vſumfructū ſi non aſcenderis Capitoliū. videbatur enim nō valere, quaſi hæc ſint paria, cum morieris, & ſi

UNED

Capitolium non aſcenderis.nam hanc poſt mortem demum certum eſt exiſtere.Sed tamen contra eſt:quia expreſſa nocent: vt.ſ.e. l.nonnunquam.

a *Heres dato.* nam quia filia ſine patris conſenſu, item pater ſine voluntate filij vix capit vxorem: perinde habetur ac ſi filiæ ſi non nupſerit,& patri ſi vxorem nõ duxerit,lego:& ideo quaſi pure capitur vt.ſ.eo.l. ſed ſi hoc. §.fi. ſecus vero in aliis: vt.ſ. eod.l. mulieri. vel forte ideo quia patri legatũ quæritur:vt.ſ.eo.l.filius familias. ſecus ſi extraneo:vt.ſ.eo.l.mulieri.

pediendas nuptias ſcriptum eſt, nullam vim habet: veluti, *Titio patri centum, ſi filia quam habet is in poteſtate,non nupſerit,heres dato.* vel, *Filiofamilias, ſi pater eius vxorem nõ duxerit,heres dato.* [a]

Conditio de præterito vel de præſenti falſa non ſuſpẽdit legatum,ſed vitiat. conditio de futuro poſſibilis ſuſpendit donec ſit impleta:modus nõ ſuſpendit nec vitiat legati ſubſtantiam: ſed differt donec ſit præſtita cautio de modo implendo.Pau.

LXXX. SCÆVOLA *libro octauo Quæſtionum.*

EAs [b] cauſas quæ protinus [c] agentem repellunt,in fideicõmiſſis non pro cõditionalibus [d] † obſeruari oportet: [e] eas verò [f] quæ habent moram [g] cum ſumptu, admittemus cautione oblata. Nec enim parem dicemus eũ cui ita datum ſit,ſi monumẽtum fecerit: [h] & eum cui datum eſt,vt monumentum faciat. [i] *

Conditio appoſita vni in perſona alterius ſibi coniuncti per hanc dictionem,cum,de æquitate non intelligitur repetita.Bar.

LXXXI. PAVLVS *libro viceſimoprimo Quæſtionum.*

IVlius Paulus Nũphidio:Quæſiſti, ſi ita in teſtamento cautũ eſſet,*Stichus ſi rationes rddiderit, cũ cõtubernali* [k] *ſua liber eſto, eiſq; decẽ heres dato*:an Sticho mortuo antequã rationes redderet, vel pariatore, [l] † vel reliqua habẽte, libe-
B ra eſſet mulier:&an de legato idẽ accipiamus. Libertate data ſi rationes reddiderit, hãc conditionem [m] rationũ reddendarum,vt iuſſus videatur reliqua reddere, ſiqua habet, [n] cũ fide [o] actus ſui: quæ ſi nulla ſunt, purè accepiſſe libertatẽ videbũtur:& ſi poſt aditã hereditatẽ deceſſit, competẽte [p] libertate etiã legatum eos ſecutum eſt.Quòd ſi cũ adhuc reliqua haberet, deceſſit:ſub eadem cõditione & contubernalis eius
C libertatẽ accepiſſe videtur,& defecta [q] videbitur conditione.Sed nõ inelegãter illud dicetur, [r] Stichum quidẽ ſub conditione manumiſſum, contubernalem autẽ eius purè:& illam cõiunctionẽ [ſ] nõ ad coniungendã conditionẽ, ſed ad neceſſitudinem [t] demon-

† Sic rectè Flor. vnde tollitur Accurſij dubitatio. Augu. lib.4 c.vlt.

* Sic rectè Flor. perperam autem in vulg.editur. additur negatio,quę deerat etiã in antiquis manuſcr.

† Quid pariatore,& pariator pulchre Alcia. lib.1.parerg. cap.24.& Anton.Auguſt. emen. lib.4. cap.12.

EAs cauſas.] CASVS. Hæc.l. loquitur de his relictis in quibus nõ eſt modus vel cõditio, ſcilicet à principio vſq; ad verſiculũ, cauſas vero &c. poſtea vſque ad fi. loquitur de iis quæ ſub modo relinquũtur, & de iis quæ relinquũtur ſub cõdi. & facit inter ea tria differẽtiã. De primis dicitur quòd nõ habentur pro conditionalibus: imò protinus ſiue ſtatim repellunt legatarium agentem. ſed nõ ſunt veræ cauſæ,puta quia legaui Titio. c.ſi rex Parthorũ viuit, vel ſi Titius fuit conſul: & ita in præſens tẽpus vel in præteritum.certè nõ habentur iſtæ cauſæ de præterito vel de pręſenti pro conditione. nam in cõditionali expectatur vt vires capiat legatum ex conditionis euentu,vel deficiat ex defectu conditionis. hic autem,vt dixi,nõ expectabitur: imò protinus repellitur legatarius agens ſi rex Parthorũ non viuit:vel ſi Titius non fuit conſul.eas autem cauſas in legatis appoſitas quæ habent moram cum ſumptu, vt ſunt illæ in quibus eſt modus admittendus oblata cautione per legatarium de modo adimplendo, vtputa ſi legatum eſt Titio vt monumẽtum teſtatori faciat vel etiam non faciat,quo quidẽ caſu ſub modo videtur accepiſſe legatum Titius,& accepit legatum cauendo de monumento faciendo vel non faciendo: & ſic hæc cauſa habet moram cum ſumptu, quia in cautione prædicta præſtãda dicitur eſſe ſumptus:in eis autem cauſis legatis appoſitis quę nõ habent moram cum ſumptu cautionis. ſed moram tantum ex cõditione ſuſpenſa, nõ habet locum quod dixi in primo & ſecundo caſu,imò expectabitur donec veniat conditio antequam vires capiat legatum, puta legaui Titio ſi monumentum fecerit.nam non habebit legatum niſi faciat monumentum. nec enim parem dicemus eum cui ita datum ſit legatum ſi monumentum fecerit:& eũ cui datum eſt legatum vt monumentum faciat vel non faciat:quia primus non admittitur niſi adimpleat condi & ſecundus ſic, ſi caueat de modo adimplendo,vt dictum eſt.&.h.d.hæc lex,licet non multum aperte.Viuianus.

b *Eas.* Legatorũ alia pura:& ſtatim agitur ſine repulſa.alia nõ pura,& ſic habent repulſam.

c *Protinus.* id eſt ſtatim à principio cum agitur,& iſta nõ ſunt ſemper conditionalia:ſed aliqua ſunt conditionalia quæ patiuntur repulſam niſi exiſtat conditio:vt ſupra eo.l.qui heredi.§.fi.& alia ſub modo,& tunc patiuntur repulſam niſi caueãt: & ita inſpecto exitu ſunt conditionalia.quod dic vt no.C.de iis quæ ſub mo.relin.l. j.quæ eſt contra.

d *Non pro conditionalibus.* habeas,non:ſed aliàs deeſt non.

e *Oportet.* ſcilicet ſemper.

f *Eas vero.* pro enim. nam quælibet coniunctio prout eſt neceſſaria,poteſt poni pro alia, vel ſub conditione. conditionalia enim tunc demum impleta conditione petuntur, ſecundum H.Sed ſub modo relicta, præſtita cautione. & hoc eſt, eas vero &cæt. & hoc prout ſupra habes, non.ſi autem deeſt, prima pars de conditionalibus tantum dicet,& nõ proprie ponitur. ADDITIO. Not.ex hac gloſ. ſecundum Bartol. hic, quòd vna dictio ponitur pro alia
A quando expedit.ad idem text. in.l. Gallus. in. §. forſitan. ſupra de li.& poſthu.

g *Moram.* relictum ſub modo,eſt purum inſpecto initio:& ſic heres in mora videtur.& modo appoſito eſt conditionale: & ſic cõſumitur dicta mora niſi caueat.tunc enim reſuſcitatur:ſed cõditionale ab ipſo principio ſuſpẽditur:nec inchoatur niſi exiſtat conditio.

h *Fecerit.* hoc cõditionale.

i *Non faciat.* hoc eſt ſub modo, & ſtatim capit præſtita cautione: vt.ſ. eo.l.quibus diebus.§.fi.

IVlius Paulus.] CASVS. Teſtator ita dixit in teſtamẽto:Stichus ſi rationes reddiderit, cum contubernali ſua liber eſto:eiſq; heres decẽ dato.& deceſſit poſtea teſtator.& poſtea deceſſit dictus Stichus antequã rationes reddiderit.nũquid contubernalis habebit libertatẽ & legatum cum heredibus Stichi? & diſtinguitur: aut reliqua nõ remanſerãt apud Stichũ de rationib° dominicis quas adminiſtrauerat:aut remãſerant. Primo caſu pure accepiſſe libertatem videbuntur Stichus & cõtubernalis ex eo mortuo libertate cõpetente ei & contubernali, ſiue etiã legatũ eum Stichũ & cõtubernalem ſecutum eſt.Secundo caſu,ſcilicet cum remanſerant apud eum reliqua ſub eadem condit.reddendæ rationis etiam contubernalis eius libertatẽ accepiſſe videtur. & de ſtricto iure defecta videtur eſſe cõditio,eo quòd mortuus eſt Stichus antequam redderet rationem actus ſui,& reliqua reſtitueret. nam cum datur libertas alicui ſub
D cõdi.ſi rationes redderet, hæc eſt cõdi.rationũ reddendarũ, vt iuſſus videatur reliqua reddere ſiqua habet, cum fide actus ſui, id eſt cum fideli cõputatione.& ita cum Stichus non reſtituerit reliqua, nõ habet contubernalis libertatẽ vel legatum. de æquitate tamen aliud eſt quãtum ad contubernalẽ,licet ſtrictum ius remaneat Sticho,hoc modo ſcilicet,vt Stichus dicatur ſub cõdi.manumiſſus:& niſi eam adimpleat,nõ conſequatũr libertatẽ vel legatum.cõtubernalis autẽ dicatur pure manumiſſa:ſubaudi,& habebit legatũ partim ſuo iure,& partim iure accreſcẽdi.& illa coniunctio cum, poſita in verbis teſtatoris,pertinet ad demõſtrandam neceſſitudinẽ, ſiue adfinitatẽ vel quaſi,quæ erat inter Stichum & cõtubernalem: & nõ ad coniungendã contubernali conditionem quæ fuit Sticho appoſita:ſcilicet rationum reddendarum. ſed ſi Stichus prædictus habens reliqua voluiſſet reddere rationem heredi, & heres noluiſſet:pro impleta habetur cõditio etiam quãtum ad eum, nedũ quãtum ad cõtubernalem:& ſic liber deceſſiſſet, & ad heredem ſuum
E partem legati tranſmiſiſſet.Viuianus.

k *Cum contubernali.* ex hac coniunctione cum,oritur dubitatio.

l *Vel pariatore.* aliàs paria.aliàs par eſſe. q.d. vel nil debeat, vel debeat iam vtrumque ſolui.aliàs pariatore.Accurſius.

m *Conditionem.* hic incipit reſpondere. & dic conditionem hanc &c.ſub.ſic intelligendam.

n *Siqua habet.* ſcilicet reliqua.

o *Cum fide.* id eſt cum fideli computatione. & ſic denuo computare & reddere:vt.j.l.proxi.&.ſ.de euic.l.qui libertatis.§.ſeruus.ſed vbi nulla ſunt,non differtur libertas:vt hic ſubiicit,&.C. de manumiſ.teſta.l.cum teſtamento.

p *Competente.* quia nulla erant reliqua,vel omnia reddidit.

q *Defecta.* de rigore iuris:vt.j.de ſtatulibe.l.ſi ſeruo.

r *Dicetur.* de æquitate.

ſ *Coniunctionem.* ſcilicet cum,quæ eſt coniunctio.

t *Neceſſitudinem.* id eſt adfinitatem vel quaſi. ſic ſupra de iuſti. & iur.l.fi.

iur.l.fi.Et no. quòd non intelligitur conditio repeti. Sed contra ſupra eodem l.auia.in prin. Solu.illud in vna eadémque perſona,hic in diuerſis. Vel hîc de æquitate: ibi de rigore. Vel hîc fauore libertatis.vel dic vt ibi.Et eodem modo ſol.ſ.de condi.inſti.l.cum ſeruus. & infra l.proxi.in fi.j.reſpon.ibi,cum quidam,&c.& j.eo.l.Iulian⁹ noſter.in princ.

a *Habetur conditio*. in perſona Stichi mortui ante redditas rationes. uel dic quoad mulieré ſecundum rigorem.

† Facit huc ca. cùm per conſtat. extra de regu. iur.libr 6.

b *Cum per eum*. ſcilicet heredem.adquod.ſ.eo. l:iure ciuili.ſed ſecundũ ęquitatem quam habet cum libera,nunquid & legatum habebit?Reſp. ſic partem,&aliam iure accreſcendi, cum ſit caduca: vt.C.de caducis tollẽ.§.ſin autẽ aliquid.

c *Debiturus*. aliquid ſub conditione.

C*Vm ſeruus*. ] CASVS. Titius ita dixit in teſtamento ſuo:Stichus ſit liber ſi rationes reddiderit: eique fundum heres dare damnas ſiue damnatus ſit. nunquid legatum fundi eſt purũ vel conditionale?&dicitur quòd eſt conditionale. reperitur enim in eo conditio libertati apoſita: & ita adimpleta conditione per Stichũ, id eſt redditis per eum rationibus,erit liber, & ſimul cũ libertate dies quoque legati vtiliter cedit.Sed quomodo videtur Stichus adimplere conditionem prædictã reddendæ rationis?certè dicũt quidam, vbi reliqua reddiderit. & ita dicunt conſiſtere tantũ in dando.ſed certè non eſt verum,imò conſiſtit in faciendo & in dãdo. in faciendo conſiſtit, quia tenetur reddere rationes ſicut ſeruus tenetur reddere,id eſt legendas offerre rationes primum,deinde cõputandas,vt explorari poſſint cõputationes probè an improbè referantur, & vtrum accepta per ſeruum rectè ſint relata per eum,an non.tenetur etiam inſtruere heredes notitia rationum, vt ſciant quid in quacunque ratione ſit ſcriptum.in dando autem conſiſtit,quia redditis prædicto modo rationibus debet reliqua rationum quæ remanſerunt apud eum, reddere heredibus. Viuianus.

* Sic Flo.& in vno manu.ſcr. ſed in aliis &vulga edit.additur negatio, non inutile fit.quod & Ant.Aug.notauit lib.1. ca.j.

†Ad hunc locum vide Eraſ.Chil.4. cent.9. Prouer. 371

*Computationes.

d *Propoſita ſit*. ſcilicet tantum.

e *Inutile*. aliàs,inutile fit.& tunc nil eſt contra.aliàs inutile non fit. & ſic eſt contra.ſ.de leg.j.l.quæſitum. §. j. Sed ibi fuit conditio in dando tantum,vel in faciendo tantum:hic autem mixta:vt ſubiicit, quid ergo,&c. Vel ſecundùm R.dic quòd non fit inutile,ſcilicet ab initio, ſed tamen poſtea vitiatur adita hereditate: vt infra eodem l.Iulianus noſter.

f *Rectè putant*. No.intelligi conditionem repetitam: vt.ſ.eo.l.auia. &.j.eo.l.legatum.Sed arg.contra.ſ l.proxi.&.ſ.de adimẽ.leg.l.ſi tibi.& facit ſupra de heredi.inſti.l.iij.&.l.qui filio.Accurſius.

Reliqua.

g *Reliqua*. reliqua ſunt quæ ex adminiſtratione debentur. quæ ſic dicuntur,quia raro accidit quod omnia male cõſumpſerit.ſic ergo reliquadebita ex adminiſtratione dicuntur:vt.ſ.de adm.tu.l.Luci⁹. j.reſp.&reliquatio ipſa retentio reliquorũ:vt.c.ti.l.qui nominibus.

ſtrandam pertinere. Tũc demum pro impleta † habetur conditio, [a] cum per eum [b] ſtat, qui, ſi impleta eſſet,debiturus [c] erat.

Conditio adiecta libertati videtur repetita in legato,&conditio rationum reddendarum eſt mixta dandi & faciendi, nec alterum ſine altero ſufficit vt videatur impleri, ſed vtrumque requiritur. Pau.

B

LXXXII. CALLISTRATVS *libro ſecundo Quæſtionum*.

CVm ſeruus ita liber eſſe iuſſus ſit, ſi rationes reddiderit, eíque fundum heres dare damnas ſit: videamus vtrum conditio libertati præpoſita ſit, [d] an verò & legato. Et quidem ſi libertati ſoli accipiamus præpoſitam, nullus tractatus amplius ſupereſt. nam legatum purũ inuenitur, & ideo * inutile [e] fit. Quòd ſi conditio etiam legato inſita ſit, quod quidam rectè putant, [f] ſimul cum libertate dies quoque legati vtiliter cedit. Quid ergo continetur his verbis,*ſi rationes reddiderit*?Quidam hoc aiunt, ſi reliqua [g] reddiderit.quaſi nihil interſit, vtrũ ſub hac conditione, *Si reliqua*: vel ſi hac,*Si rationes reddiderit*. [h] Sed nos neque conditionem meram putamus eſſe quæ in datione exiſtit, neque meram conditionem quæ in facto ſit:ſed eam conditionem quæ ex mixtura quadam cõſiſtit. Nam non vtique ſi ille in folle [i] † reliqua obtulerit,liber erit.non enim teſtator hoc ſenſit: ſed illud vt rationes reddat quomodo ſeruus reddere ſolet, id eſt legendas offerre rationes primùm, deinde computandas,vt explorari poſſit, imputationes * probè an improbè referantur: accepta rectè relata,an non rectè. [k] Ita enim incipit quidem res à facto, [l] peruenit autem ad pecuniam. [m] Ineſt his verbis etiam, heredes notitia inſtrui rationum, vt ſciant quid in quaque ratione ſcriptum ſit. Nã quod ipſe viuus facturus erat, ab heredibus ſuis fieri iuſſiſſe intellegitur. [n] ille autem vtique non ſic ſolebat ſeruo ſuo oſtendenti reliqua, *rationes ſubſcribere: ſed ita,vt legeret,examinaret, exciperet. [o] Itaque cum ſeruo ſub hac conditione teſtamẽto libertas datur,*Si rationes reddiderit:* non hanc ſolam habet ſignificationẽ,ſi cautiones inſtrumentáque omnia actus ſui exhibuerit heredi, ſed & ſi reliqua ſoluerit. [p]

*Reliquationes ſub.

Filiatio non poteſt plene probari. Bart.

C

LXXXIII. PAVLVS *libro duodecimo Reſponſorum*.

LVcius Tirius ita teſtamẽtum fecit: *Aurelius Claudius natus ex illa muliere, ſi filium meum ſe eſſe iudici probauerit,heres mihi eſto*. Paulus reſpondit,filium de quo quæreretur,non ſub ea condirione inſtitutum videri, quæ in poteſtate [q] eius eſt:& ideo teſtamentum [r] nullius eſſe momenti.

Si conditio mixta deficit per caſum,non deficit relictum alimentorum: niſi fauore eius in cuius perſona deficit, alimenta fuiſſent relicta. Bartolus.

D

LXXXIIII. IDEM *libro quartodecimo Reſponſorum*.

I*Llis lebertis alimentorum nomine.ſi cum filio meo morati fuerint, menſtruos denarios centenos, & veſtiaria dari volo*. liberti in obſequio fue-

A

h *Reddiderit*. & ſic tantum datio continetur.

i *In folle*. id eſt in burſa. Sed Pla.poſuit pro vna parte,& expoſuit, id eſt malitioſe,ſiue obſcure,vel id eſt ſtulte.

k *Non rectè*. ſcilicet referantur.ſed certe non videtur exigi hæc cõputatio: vt.C.de manu.teſta.l.cum teſtamento.§.fi.quæ eſt contra. Solu. vbi nil eſt in reliquis,ſtatim eſt liber nulla facta computatione: vt ibi. & ſupra l.proxi. ſed vbi eſt,tũc hæc duo exiguntur:vt hic.&ſunt ſimilia, vt in contrario not.

l *A facto*. id eſt ratiocinatione.

m *Ad pecuniam*. id eſt dationem.

n *Intelligitur*.ſic.ſ.de pigne.act.l. vel vniuerſorum & l.ſi ſeruos.&.C. de epiſco.audi.l.iij.

o *Exciperet*. geminatio ſermonis.vel dic exciperet: ſcilicet ſeruus dicẽs non eſſe ita.

p *Soluerit*. in quibuſcũque culpæ reus ſaltem leuis fuerit: vt.j.eodem l.antepenul.&facit.j.de fideicommiſſ. liber. l.ſi pure.in fin.&de verbo. ſignifi. l. boues. §.fin.& de ſtatulib.l.ſtatulibet.§ ſi quis non dare. & de manu.l.ſi ita ſit.&.l.ſi ita fuerit. & ſupra de libe.lega. l. non ſolum.§. is qui rationes. quibus legibus dicitur duo contineti in rationibus reddendis.

L*Vcius*. ] CASVS. Lucius Titius inſtituit ſibi heredem Aurelium Claudiũ hoc modo: Aurelius Claudius natus ex illa muliere, puta Titia, heres mihi eſto ſi filium meum ſe eſſe probauerit coram iudice.certe teſtamenrũ nullius eſt momenti: quia dictus Aurelius Claudi⁹ quem Lucius Titius tenebat vt filium, eſt inſtitutus ſub impoſſibili cõditione. impoſſibile enĩ eſt quod ipſe probet ſe filium eſſe: & ita de facto eſt impoſſibilis conditio. Viuianus.

q *In poteſtate*. filius enim qui eſt in poteſtate patris, non poteſt inſtitui ſub conditione niſi ſit poteſtatiua:vt.ſ.de heredi.inſti.l. ſuus. niſi in eius defectum ſit exheredatus:vt.C.de inſtitu. & ſubſti.l.iiij.

E

& j.de bo.lib.l.libertus.§.libertus.in fi.ſi autem eſt emancipatus,valet teſtamentum in quo eſt inſtitutus ſub conditione:habet tamen contra tabulas quaſi non ſit inſtitutus: vt inſtitu.de exhere.libe.§. emancipatos.ſecundum Azo.

r *Teſtamentum nullius*. videtur ergo non poſſe probari filiatio.quod eſt verum facile, niſi per coniecturas: [a] vt ſupra de iis qui ſunt ſui vel alie.iur.l.filium.

a] Concor. bona glo.in c.Michael. extra de fi. presby.& in c.per mas. extra de proba.Bal.no.in c. præcedenti.in 5.col.in titu. qui feuda poſ.in vſi.feu.

I*Llis*. ] CASVS. Ita dixit teſtator: illis meis libertis volo dari nomine alimentorum menſtruos denarios centenos & veſtiaria, ſi cum filio meo morati fuerint. & deceſſit poſtea teſtator. liberti autem ſteterunt in obſequio filij prædicti quamdiu ipſe fuit promotus ad militiam: qua de cauſa effectum eſt vt quibuſdam libertis Romæ relictis proficiſceretur filius ad militiam in caſtris: & poſtea apud caſtra deceſſit. Quæſitum eſt,an alimenta debeantur libertis ab herede dicti filij? & diſtinguitur: aut teſtator gratia libertorum appoſuit dictam conditionem, aut gratia filij. Primo caſu

non videtur defeciſſe cõditio,ex quo non remãſit per libertos quo minus morarentur cum filio:& ideo adhuc alimenta conſequetur. **A** Secundo caſu non conſequentur, quia contra voluntatem defuncti eſſet. Viuianus.

a *Promoueretur.* ſcilicet filius.

b *Non videri.* hac.l. diſtiguitur cuius cauſa debeant morari cum liberis.& ſecundũ hoc non eſt contra.primæ parti. ſ.de an.lega.l.Seio quia ibi gratia filiorum, & ideo aliquo mortuo præſtantur alimenta pro ea parte. Item non ob.ſecũdæ parti.ſupra de alimẽta lega.l.Gaio.§. imperator. quia ibi gratia alimẽtorum. Item nec ob. ſecundæ parti. ſupra de ann.lega.l.Seia.quia hic per caſum, ibi per filiũ ſtabat. Item contra ad primam partẽ infra de manumi.teſt.l.ſi ita ſcriptum.in fin. Solu.ibi loquitur in caſuali conditione, hic autem in poteſtatiua.& licet ita deficiant propter caſum: nihilominus legatum cõſequitur legatarius,ſecũdum R. vt dixi.ſ.eo.l.in teſtamento. Accurſius.

runt quamdiu adoleſcens ad militiam promoueretur. [a] qua cauſa effectum eſt, vt quibuſdam Romæ relictis proficiſceretur, & apud caſtra defunctus eſt. Quæſitum eſt, an ab heredibus eius alimenta debeantur. Paulus reſpondit, conditionem quidem in perſona libertorum qui cum filio defuncti morati ſunt, aut per eos nõ ſtetit quo minus morarẽtur, mortuo filio teſtatoris defeciſſe non videri: [b] ſed ſi teſtator propter filij vtilitatem [c] his qui cum eo morati fuiſſent, alimenta præſtari voluit, contra voluntatem defuncti petentes audiri non oportere. [d] **B**

Legatum factum alicui cum petierit, non eſt conditionale. Bartolus.

LXXXV. SCÆVOLA *libro tertio Reſponſorum.*

Titia [e] heredis inſtituti liberos habentis filij fidei commiſit, vti rem eius vniuerſam reſtitueret filiis eius, liberiſve eorum, cũ ipſi petiſſent, ſine vlla iuris cauillatione. [f] Quæro, an his verbis, *Cum illi à te petierint,* conditio fidei commiſſo adſcripta videatur. Reſpondit, non videri. [g] **C**

Seruus cui libertas & legatum relinquitur, manumiſſus vel alienatus legatum non conſequitur niſi impleat conditionem in cuius euentum legatum eſt expreſſe collatum. Item regula Catoniana non impedit legata quorum dies cedit ab adita hereditate, niſi heres neceſſarius exiſtat. h.d. Barto. & Paul.

c *Vtilitatem.* non autem libertorum. tunc enim non repelluntur liberti ab alimẽtis, quod eſt in eis ſpeciale: vt notatur ſ.eo l.in teſtamento.

d *Non oportere.* doli exceptione obſtante.

Titia.] CASVS. Titia habens filiũ Seium, qui Seius habebat tres filios ponamus, inſtituit ſibi heredem dictum ſuum filium,& ſi dei eius commiſit vt vniuerſam rem ſiue hereditatem eidem Titiæ reſtitueret dictus Seius eius filius Seij,liberiſve eorum filiorum Seij cum ipſi petiſſent, ſine vlla iuris cauillatione.& deceſſit dicta Titia. nunc quæritur an per dicta verba,cum illi à te petierint,&c. videatur adſcripta conditio fideicommiſſ. Et dicitur quòd non:& ideo filij dicti Seij ſi moriantur antequam petant, tranſmittunt petitionem ad heredes eorum. Viuianus.

e *Titia.* Titia inſtituit filium, & fidei filij heredis inſtituti habentis liberos commiſit vt dictis ſuis liberis ſcilicet nepotibus Titiæ & liberorum liberis (nam in infinitum ſic dicuntur, vt infra de verbo. ſignifi.l.liberorum) reſtitueret cum petierint. Vel dic quod Titia inſtituit extraneum, & rogauit vt ſuis liberis reſtitueret. ſed tunc quare dicit liberos habentis,& filij ſuperflueret.

a] Adde ad iſtã gl. quæ dicit Bart. de verbo cauillatione, his, & quæ dicuntur in Spec. in titu. depoſi.§.7. verſi.17.& 27.

f *Cauillatione.* [a] expone vt infra de verbo.ſignifi.l. natura.

g *Non videri.* ſed magis quædam admonitio: vt infra de ver.ſignifi.l.ſi decem.& argu.ſ.de tute.l.muto.§.hanc conditionem.

Iulianus.] CASVS. Petrus pone fecit teſtamentum,& iuſſit ſeruũ ſuum Stichum dare.x.Titio,& liberum eſſe:& etiam legatum ponamus Seiani fundi habere. & poſtea viuens teſtator manumiſit eum.& poſtea deceſſit teſtator idem. certe non habebit dictus Stichus aliter legatum fundi quod ei cum libertate datum fuit, quàm ſi pareat conditioni prædictæ libertati appoſitæ: id eſt det.x.Titio. ſed ſi teſtator viuus dictum ſeruum non manumiſiſſet, ſed vẽdidit Gaio, non poterit Gaius emptor aliter petere legatum dicto ſeruo relictum, quam ſi pareat dictæ conditioni.& hæc vera ſunt tunc demum cum omni modo legatum acquiri potuit ſimul cum libertate dicto ſeruo ſi non fuiſſet à viuo teſtatore manumiſſus vel venditus, vel onus conditionis non ſit impoſitum expreſſe legato, veluti cum legatum eſſet collatum in tempus libertatis, quod eſt ſemper, niſi expreſſe præſenti die detur. ſi autem legatum ſit datũ præſenti die, libertas vero ſub condi. aut valet legatum, aut non. ſi valet habet locum quod dictum eſt.ſ.ſcilicet quod non aliter habeat Stichus à viuo teſtatore manumiſſus vel emptor Stichi legatum, quã ſi pareatur conditioni libertati appoſitæ. valet autem legatũ ſi non fuit inſtitutus heres neceſſarius: quia ſi ſtatim facto teſtamento teſtator deceſſiſſet, non tamen hoc caſu inutile eſſet legatum, cũ poſſet cõditio libertatis impleri ante aditam hereditatem:& legatum manumiſſo deberi, ſcilicet quia ſtatim adita hereditate non impleta conditione libertatis prædicta ante aditam hereditatem ſtatim cum aditur poſtea hereditas, eſt liber,& debetur ei legatum:& ita non inuenitur ſeruus fuiſſe in dominio heredis: & in hoc caſu non eſt locus ſentẽtiæ Catonianæ, quæ iubet vt ea legata quæ eſſent inutilia, ſtatim mortuo teſtatore non ſint inutilia, ea ratione quòd diutius vixerit teſtator: vt ſupra de regu. Cato. l.j. quia, vt dictum eſt, ſi ſtatim deceſſiſſet teſtator, non tamen eſſet inutile legatum. Si autem nõ valet legatum in eo caſu quem ſupra poſui, id eſt cum legatum fuit datum pure, & libertas ſub conditione, non habet locum quæſtio vtrũ Stichus vel emptor Stichi habeat ante legatum quàm pareat conditioni libertas? non valet autem dictũ legatũ pure relictum ſi fuit inſtitutus heres neceſſari[a] puta cõſeruus dicti Stichi, cui Sticho fuit data libertas ſub conditione ſi daret decem: legatum autem fuit ei datum pure: **D** quia tempore quo implet conditionem Stichus, ipſe Stichus de neceſſitate inuenitur in dominio heredis neceſſarij: quia inter mortem teſtatoris & aditionem hereditatis non eſt aliquod medium, cum heres neceſſarius ſtatim mortuo teſtatore ſit heres, ſiue velit ſiue nolit: vt ſupra de lega.j. quæſitum. in fi, ſi ergo eſt in dominio heredis, non valet legatum, vt.C.de lega.l.ſeruis.& hęc videtur eſſe intentio huius.l. Viuianus.

LXXXVI. MARCIANVS *libro tertio Fideicommiſſorum.*

IVlianus noſter eum qui decem dare, [h] & ita [i] liber eſſe iuſſus [k] eſſet, ſi à viuente [l] manumiſſus eſſet, non aliter legatum quod ei cum libertate datum eſſet, habiturum, quàm ſi conditioni [m] libertatis paruiſſet. [n] Itẽ in emptorem [o] ſi alienatus eſſet. Sed id tunc locum habet, cũ omnimodo ſimul cũ libertate legatum adquiri potuit, licet legato impoſita non ſit: [p] veluti cum in tempus libertatis legatum collatum eſſet. Cum verò libertas ſub conditione, legatũ autem præſenti die datum eſt: in hoc quæſtio eſt, an conſtiterit legatum. Etenim [q] nec Catonianæ ſententiæ locum in propoſito eſſe: quia etſi ſtatim teſtator deceſſiſſet, non tamen omnimodo [r] inutile eſſet legatum, cum poſſet conditio libertatis ante aditam hereditatem impleri, [ſ] & legatũ manumiſſo [t] deberi: niſi fortè neceſſarius [u] heres extitiſſet. tunc

h *Dare.* cuidam extraneo.

i *Et ita.* per hoc ita collige quod eſt conditio.

k *Iuſſus.* ſubaudi,& fundum Seianum habere.

l *A viuente.* teſtatore.

m *Conditioni.* quaſi in legato tacite repetita: vt ſupra de leg,iij.l.qui concubinam.§.cum teſtamento.& ſupra eo.l.auia. Sed contra.ſup. eo.l.Iulius Paulus.in fi. Sed dic vt ibi.

n *Paruiſſet.* ſcilicet ſeruus iſte.

**E** o *Id emptorem.* ſcilicet dicendum eſt, id eſt vt ita demum legatum huic ſeruo petat, ſi conditioni paruit.

p *Non ſit.* ſcilicet expreſſim: ſemper tamen repetita videtur: vt ſupra eo.l.cum ſeruus.

q *Etenim.* & certe poteſt tenere legatum non obſtante regula Catoniana, etenim &c. quæ eſt.ſ.de reg.Cato.l.j.in prin.

r *Omnimodo.* id eſt in omni caſu.

ſ *Impleri.* etiam poſt mortem teſtatoris: quia eſt in dando: vt ſupra de leg.j.l.quæſitum.§.j.

t *Manumiſſo.* nam licet det decem ante aditam hereditatem, non tamen eſt liber, nec legatum ei relictum valet: licet aliàs valeat à morte teſtatoris: vt.C.de cadu.tol.§.in nouiſſimo.&.§.j.

u *Neceſſarius.* ſcilicet aliquis alius ſeruus: quia tunc inter mortem teſtatoris & aditam hereditatem nihil eſt in medio, cum protinus eſt heres & liber: vt inſtitu.de here, quali,& diffe.in princ. & ſic tempore aditæ hereditatis, id eſt mortis inuenitur ſeruus heredis

redis: & ideo purum legatum regula Catonis impedit.at in ſuo & neceſſario dico idem quod in extraneo,cum habeat per prætorem beneficium abſtinendi: vt inſtit.de here.quali.& diffe.§. ſed ſi is.& s̄.de adquiren.hered.l.neceſſarius.& C.ſi vt ab here.abſti.l.j. & facit.s̄.de lega.j.l. quæſitum.§.neceſſarius.Accurſius.

A d Non *ad ea.* hoc refertur tantum ad nouiſſimam.

e *Ex interuallo.* quia aliud ſi incontinenti: vt.j. eo.§. quod ſi purè. & expone vt aliàs quando ad alia diuerteret: licet circa idem teſtamentum. & facit infra titu.j.l. fundo legato.contra.ſed ibi diuerſi teſtatores.

Qvod *traditũ.*] CASVS. Dictum eſt s̄.eodẽ.l. ſub diuerſis in legatis eſſe ſpectãdam nouiſſimã conditionem, id eſt vltimã, & in libertatibus leuiſſimã, id eſt eam quæ ſeruo cõmodior ſit cui libertas eſt relicta ſub cõditionibus. certè illud quod ita dictũ ſiue traditum eſt, non pertinet ad ea ſolummodo quæ dãtur ſæpius ſub diuerſis conditionibus: ſed etiã ad ea quę primo purè dãtur,deinde ſub cõdit.pone ergo quòd heres purè iuſſus eſt dare Titio Stichũ, & poſtea ex interuallo iuſſus eſt dare eidem Titio eundem Stichum ſub condit. certè debetur ei adueniente conditione,& nõ ante: quia poſterius valet. & idem eſt econtra, ſcilicet ſi prius ſub cõditione eſt legatum, deinde purè. nam præſens debetur.& bene dixi ex interuallo. nam ſi purè legatum ex incontinenti heres ſub condi. iuſſus eſt dare,puta quia ita dixit teſtator, lego Titio Stichum, & lego Sempronio fundum Titianum,& Gaio.x.& poſtea incontinenti antequam ad alios diuerteret actus,ita dixit: quod Titio legaui purè, lego eidem Titio ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit: ita erit perinde ac ſi ita dixiſſet: lego Titio Stichum purè: item lego eidem Titio eũdem Stichum ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit: & ita erit perinde ac ſi ſecunda ſcriptura legati Titio relicti eſſet coniuncta primæ ſcripturæ legati eiuſdem: quo caſu habet electionẽ Titius vtrum petat legatum de Sticho vt purum: an vero vt conditionale. & hoc eſt verum, niſi teſtator appoſuit dictam ſecundam ſcripturam cõmemorando legatum quod erat in prima dicta ſcriptura: veluti quia ita dixit: Stichum quem Titio legaui purè, heres meus ei dato ſi nauis ex Aſia venerit. nam tunc videtur taliter ſcripſiſſe teſtator animo reuocandi præſens ſiue purum legatum, & dandi eidẽ legatum ſub conditione.vnde ſi ante conditionem vindicet Titius Stichum, poterit contra eum habere locum doli exceptio. quod autem dixi in libertatibus leuiſſimam conditionem eſſe ſpectandã, intelligas de directis: ſecus autem in fideicõmiſſariis libertatibus: quia in eis non leuiſſima, ſed nouiſſima conditio ſpectanda eſt, ſicut & in legatis.&.h.d.cum tribu.ll.ſeq.Viuianus.

*niſi cum comme.

enim omnimodo inutile erit legatum iure ipſo: quia ſub conditione acceperit libertatem.

In libertatibus leuiſſima ſpectatur conditio:in legatis vltimo loco ſcripta ſi ex interuallo fuit appoſita: ſed ſi incontinenti, legatarij eſſet electio:niſi ſecunda ſub cõmemoratione primę ſcribatur hoc dicit cũ duabus.ll.ſeq.Bar.

B

LXXXVII. VALENS *libro primo Fideicommiſſorum.*

Qvod traditum eſt, in legatis nouiſſimam, [a] in libertatibus [b] leuiſſimam conditionem ſpectandam eſſe.

LXXXVIII. GAIVS *libro primo Fideicommiſſorum.*

ID eſt, [c] quæ ipſi ſeruo commodior ſit.

LXXXIX. VALENS *libro primo Fideicommiſſorum.*

NOn ad ea [d] dumtaxat pertinet, quæ ſæpius ſub diuerſis cõditionibus, ſed etiam quæ primò purè, deinde ſub conditione dantur. Itaque quod heres purè dare iuſſus eſt,quódve purè legatum eſt: cum id eſt interuallo [e] ſub conditione legatum eſt, poſterius valet. Si prius ſub conditione, deinde purè legatum eſt, præſens debetur. Quòd ſi purè legatum,ex continenti heres ſub conditione damnatus aut rogatus eſt dare: perinde eſt ac ſi iuncta ſubiecta [f] ſcriptura idem legatum eſſet: vel vt præſens [g] vindicari, ſi hoc voluerit legatarius: vel cum cõditio extiterit, ab herede peti poſſit:niſi * cõmemoratione ſuperioris legati poſterius ſcriptum fuerit: velut, *Stichum quẽ illi legaui,* [h] *heres meus ei,* [i] *ſi illud factum erit,dato.* tunc enim reuocãdi animo præſens legatum, & ſub conditione dandi ita ſcripſiſſe videbitur: & ſi ante conditionem rem vindicet, doli exceptio [k] locum habere poterit.

C

XC. GAIVS *libro primo Fideicommiſſorum.*

PEr fideicommiſſum variè [l] data libertate, non leuiſſima ſpectanda eſt,ſed nouiſſima:quia poſterior voluntas potior haberi debet. cui conſonat etiam reſcriptum diui Antonini.

XCI. MARCIANVS *libro ſecundo Fideicommiſſorum.*

COnditionum quæ in futurum [m] conferuntur, triplex natura eſt:vt quædam ad id tempus quo teſtator viuat: quædam ad id quod poſt mortem eius futurum ſit: quædam alterutrum pertineant: tempus autem vel certum vel infinitum comprehendatur. quæ omnia non minus in fideicommiſſis quàm in inſtitutionibus ac legatis incidere ſolent: vt hæc conditio, [n] *Titiæ, ſi mihi nupſerit:* non dubiè niſi viuente teſtatore: illa autem, *Si ad exequias funeris mei venerit,* niſi poſt mortem impleri non poſſit. Illa verò, *Si filio meo nupſerit:* vel viuente vel mortuo teſtatore impleri poſsit. Et prima quidem ac tertia ex relatis conditionibus infinitum [o] tempus habent. Quandoque * enim nupſerit, impletur conditio: ſecunda ad certum [p] tempus adſcripta eſt.

D

f *Subiecta.* ablatiui abſoluti.

g *Præſens.* Sed quid poteſt hæc electio, cum ſemper eligã purè? Reſpon. poteſt intereſſe peti vt etiam ex conditionali: ſi tunc ero capax, nunc nõ ſum.vel ſi omnia mea præſentia donaui: vel ſi publicata ſunt.nam poſtea quæſita non caderent in eas cauſas. vel nunc ſeruus, tunc liber ero: vt.s̄.eo.l. Iulianus noſter. Item quę eſt ratio incontinẽti,vel ex interuallo? Reſpon. quia non eſt veriſimile vt corrigat quod incontinenti fecerat. & facit. s̄. de contrahen. empt.l.pacta.& s̄.de rei vin.l.ſiquam.

h *Legaui.* ſcilicet purè.

i *Ei.* id eſt eidem legatario. alij dicunt, alij.& ſic bene concor.s̄.eod.l. ſi ſeperatim.

k *Exceptio.* ſcilicet in totum quando ei, vel quando diuerſis in partem:vt.s̄.de lega.j.l. plane.§.ſi coniunctim.

l Per *fideicommiſſum.* *Variè.* i. ſub variis cõditionibus.& no.per fideicõmiſsũ:quia aliud eſt in directis: vt.s̄.eo.l. quod traditum.Viuia.

COnditionũ.] CASVS. Cõditionum quæ in futurum conferũtur in fideicõmiſſis & in inſtitutionibus & legatis, triplex natura eſt. nam quædam earum conditionum pertinent ad id tantùm tempus quo teſtator viuit: vt lego Titiæ.c. ſi mihi nupſerit. nam ſine dubio non poteſt impleri hæc cõditio niſi etiam teſtatore viuente. mortuus enim non accipit vxorem. & iſta etiam conditio habet infinitum tempus.quandocunque enim mihi viuenti nupſerit Titia, impleta eſt conditio. quædam autem ex dictis conditionibus pertinent ad id tempus tantum quod poſt mortem teſtatoris ſit futurum: vt lego Titiæ.c. ſi ad exequias funeris mei venerit. nã non poteſt impleri niſi poſt mortẽ meam: & hæc cõditio ad certũ tẽpus adſcripta eſt:quia nõ quandocũq; poſt mortẽ impletur: ſed cũ ſit funus.quædã ex dictis condit. pertinent ad alterũ tãtum de dictis tẽporib⁹,ſcilicet & vitæ teſtatoris,& mortis: vt lego Titię.c.ſi filio meo nupſerit.nã ſiue nubat quãdocũque filio meo me viuente ſiue me mortuo, impleta eſt conditio: & ſic dicitur hæc cõditio habere infinitum tempus,ſicut & prima. Viui.

* quando-que, pro quandocũque. Anto. Aug. lib 3. ca 7.

E

m *In futurum.* quæ veræ conditiones dicuntur: vt.s̄.de iniuſto teſta.l.cum in ſecundo.

n *Vt hæc conditio.* reddit ſingula ſingulis.

o *Infinitum.* quia prima quandocumque me viuente: tertia quandocumque,ante mortem, vel poſt mortem.

p *Ad certum.* imò eſt incertus dies mortis: vt.s̄. eod.l.j. Sed dic reſpectu præcedentium: quia non quandocũque poſt mortem, ſed cum funus impletur.& facit.s̄.de le.ij.l.ſi ita ſit ſcriptum.§. ſi.

a *Nouiſſimam.* vt.s̄.de teſta.tu.l.tutor datus.& s̄.de leg.j.l.ſi mihi & tibi.§. in legatis.

b *In libertatibus.* directis: ſed in fideicõmiſſariis nouiſſima: vt hic, & s̄.eo.l. leuiſſima.& j.l.iij. & j. de ma.teſta.l.v. & habent hæc locũ quãdo diuerſæ conditiones in diuerſis partibus teſtamẽti poſitę ſunt ſeparatim.ſi autẽ ſimul: aut diſiunctim, & ſufficit pareri vni. aut cõiunctim,& tunc vtriq;: vt.s̄.de cõdi.inſt.l.ſi heredi.

c ID *eſt.* facit inſtit.de actio.§. huic.

SI *cui legatum.*] CASVS. Titius legauit Seio centum, & rogauit eum vt liberos ſuos emanciparet: & deceſſit Titius, poſtea Se-

ius agnouit dictum legatum. nunquid dicti liberi Seij poſſunt ab eo petere quòd emancipentur? dicitur quòd non iure actionis: A extra ordinem autem cogetur eos emancipare: quia voluntas teſtantium non debet circumueniri: ſicut cogeretur ſi fuiſſet ei legatum ſub conditione liberorum emancipandorum, vel fuiſſet ei ita relictum vt liberos emanciparet. & adduco tibi tale ſimile: Titia habens filium, & ex eo nepotes, eos adinuicẽ ſubſtituit: & rogauit filium vt filios emanciparet, & nõ rogauit eum filium expreſsè vt partem eorum heredi. eis reſtitueret. certè cogetur filius eos emancipare, & eorum partem hereditatis auiæ eis reſtituere. & ſi ſit filius in mora emãcipãdi eos, quaſi ex mora vſuras eis præſtare debet. cũ enim faciat moram emancipationi, videtur etiam moram facere reſtitutioni fideicommiſſi. nam videtur commiſſum fidei filij ne eos ſui iuris inſtitutos ad hereditatem auiæ peruenire pateretur & hoc dicit cum.l. ſequen. Viuianus.

Paul. lib. 4. Sentent. tit. 12.

a *Manumittere*. id eſt emancipare.

b *Eos*. liberos.

c *Fideicommiſſi*. cauſa emãcipationis patri relicti: & hoc mero iure: vt.ſ. de lega.j.l. filius.§. ſecũdum vulgarem. ſed de æquitate ſecus in vtroque: vt.j. ſubiicit. & §.cui. Accurſius.

d *Fideicõmiſſarius*. quia de fideicõmiſſis ius dicit: vt inſtitu. de fideicommiſſ. heredi.§.j. Accurſius.

e *Libertatem*. id eſt emãcipationem.

f *Vt ſeruos*. quia ſeruos tuetur: vt inſtitu. de ſingu.re.per fideicõmiſ.re. §.libertas.

g *Extra ordinem*. id eſt officio iudicis. ſic.ſ. ſi cer. peta.l. cum filius.

Rogatus emãcipare filios non poteſt cogi iure actioni, ſed officio iudiciis. Item qui vult antecedens, vult cõſequens ſine quo illud quod quæritur, nullius eſt momenti h.d.cum.l.ſeq.

XCII. VLPIANVS *libro quinto Fideicommiſſorum.*

SI cui legatum fuerit relictũ, iiſq; rogatus ſit liberos ſuos emancipare: an cogi debeat manumittere? [a] Et retinco me dixiſſe, defici eos [b] à petitione fidei commiſſi. [c] Neq; enim prætor fideicõmiſſarius [d] eos ad libertatem [e] tuetur vt ſeruos. [f] Papinianum quoque libro nono reſponſorum ſcribere referebam, non eſſe cogendum emãcipare filios ſuos. Arbitror tamen extra ordinem [g] debere conſtitui, eum qui adgnouit id quod ſibi relictum eſt hac contemplatione vt liberos ſuos emanciparet, cogendũ emancipare. [h] Neque enim debet circumueniri teſtantium voluntas. Sic deinde hoc accipiendum, quemadmodum ſi ſub cõditione liberorum emancipandorum ei fuiſſet legatum, vel ita relictum, vt eos emanciparet. [i] Cui rei conſequens eſt quod diuus Seuerus reſcripſit. Nam cum quædã mulier nepotes ſuos [k] heredes inſtituiſſet, & ipſum filiũ [l] coheredem filiis [m] ſuis dediſſet, eoſq; inuicem ſubſtituiſſet, [n] rogaſſetq; filium vt filios emanciparet, non autem rogaſſet vt hereditatem eis reſtitueret: ex auctoritate diui Seueri emancipare eos compulſus eſt, híſque reſtituere [o] hereditatem: & adiectum eſt, ſi tardius id faceret, quaſi ex mora vſuras præſtaturum. videri enim eum qui moram faceret emancipationi, morã reſtitutioni fideicommiſſi eam facere.

h *Emancipare*. Not. caſum vbi pater cogitur emancipare filium. ſunt & alij quidam: ſed regulariter contra: vt not. inſti. quib. mo. ius pa. pote. ſol.§.fi. [a] ſecus ſi rogaretur quem adoptare: vt ſupta de leg.iij.l. vxorem.§. heres. ADDITIO. Dic ſecũdum Bar. quod hic cogitur emancipare, & non adoptare: vt ibi.

a] Dic quod illud eſt regulare, iſtud ſpeciale, ſecundũ Bar.

i *Emanciparet*. nam ſemper cogitur: vt hic, &.C. de fideicom. le. quamuis. & arg.ſ. de condi. cauſa da.l.j. &.C. de inoffi.teſt.l.filiis. &.C. de inſt. & ſub.l.ſi mater.

k *Nepotes ſuos*. ſcilicet ex filio, quem coheredem eis dedit.

l *Filium*. patrem nepotum.

m *Filiis ſuis*. ſcilicet neporibus teſtatricis.

n *Subſtituiſſet*. ſcilicet vulgariter. Alij dicunt per fideicommiſ. ſi quis decederet ſine liberis. ſed tunc non eſſet neceſſaria huius legis præſumptio, quæ præſumit etiam bona reſtitui emancipatis.

o *Hiſque reſtituere*. hæc præſumptio eſt ex teſtatricis voluntate quę eos heredes inſtituit cum patre ſuo, & inuicem ſubſtituit. vnde de portione nepotum videtur pater rogatus. Sed nunquid econtra ſi rogatur pater inſtitutus reſtituere ſuis filiis, etiam emancipare cogitur, cum aliàs iure iſto non poſſet reſtituere, quia omnia patri per filium quærebantur? ſed hodie fortè ſecus eſt. lex enim videtur velle vt videatur rogatus reſtituere cum fuerit ſui iuris: vt.j. ad Trebel.l.vbi. Azo. & facit.j.l.proxi.

p *Mater. Acciperent*. quam habere non poſſent in poteſtate poſitæ. vt.C. de cur.fur.l.ſi.in princip.

q *Pateretur*. vt.ſ.l. proxi.in fine.

r *Subſtitutionis*. ſcilicet vulgaris. & dic quod filiæ repudiauerũt ab initio, & ſic ex vulgari habuit pater: ſed non tenuit repudiatio, cum nec habere poterat niſi emanciparetur: vt.ſ. de acquiren.hered. l.is qui. Vel dic quæſiſſet, id eſt quærere potuiſſet. & facit.ſ. de leg. j.l.cum filio. & infra ad Treb.l. vbi. & infra de regu.iur.l. qui poteſt.

XCIII. PAPINIANVS *libro octano Reſponſorum.*

B MAter filio ſuo coheredes ſine vlla conditione filias ipſius dedit: ac petiit vt filias ſuas emanciparet, ita vt curatores à prætore acciperent. [p] Filij videri fideicommiſſe placuit, vt eas ſui iuris conſtitutas ad hereditatem auiæ peruenire pateretur: [q] nec ad rem pertinere, ſi portionem filiarum iure ſubſtitutionis [r] quæſiſſet.

XCIIII. HERMOGENIANVS *libro primo iuris Epitomarum.*

C CVm ita datur libertas, *Si Titio qui non eſt heres, decem dederit*, certa perſona demonſtratur: ac propterea in perſonam eius tantum [ſ] conditio impleri poteſt. Sanè ſi cum ceſſerit dies, [t] pecuniam conditione comprehẽſam ſtatuliber habuerit: [u] iure conſtituto [x] nulli dando [y] conſequitur libertatem. Diuerſa cauſa eſt legatarij, [z] in cuius perſona placuit conditionem deficere, ſi antequam dederit legatarius [a] pecuniam, Titius moriatur. Ex D his verbis, *Si heredi*, vel *Si heredi Titio* [b] *decem dederit, liber eſto*: non tãtum heredi, ſed etiam heredis heredi dando peruenit ad libertatem. At ſi nullus heredi ſucceſſerit: iure conſtituto [c] nulli dãdo [d] ad libertatem perueniet.

*Cum ita.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Seium, & dedi libertatem Sticho ſeruo meo ſi daret decem Titio. certè non aliter conſequetur libertatem Stichus niſi det Titio.x. & alij dando non conſequetur libertatem. ſed ſi tempore aditæ hereditatis Stichus habet.x. & vult ea dare Titio, & Titius eſt tũc mortuus: cõſequitur libertatẽ etiam nulli dando. x. ſecus eſſet in legatario cui eſſet legatus pone equus ſi daret.x. Titio. nã ſi Titius moriatur antequã legatarius det ei. x. non conſequitur legatarius equum. Sed ſi ita dixi ego teſtator, Stichus liber eſto ſi heredi meo. x. dederit, vel ſi heredi meo Titio.x. dederit: nõ tantũ heredi dãdo peruenit Stichus ad libertatem, ſed etiam dando heredi heredis: & ſi nullus heredi ſucceſſerit, peruenit ad libertatem etiam nulli. x. dando. Viuianus.

ſ *Tantum*. non autẽ heredis eius: vt ſtatim dicet. Accurſius.

t *Ceſſerit dies*. ſcilicet libertatis, quod eſt ab adita hereditate: licet in cęteris à die mortis: vt.C. de cad. tol.§. in nouiſſimo. Accurſius.

u *Statuliber habuerit*. ſecus ſi non habuerit: vt hic à contrario ſenſu. & ſic inſpicitur quod magis nocet libertati, ſcilicet quia pecuniam non habet: quàm quod prodeſt, quia Titius deceſſit. ſic.ſ. ad Sila. l.iij.§. fi. & magis quod difficultate vel negligentia quàm caſu: vt C. de condit.inſer.l.fi. & de neceſ. ſer.l.fi.

x *Conſtituto*. ſcilicet ſingulari, fauore libertatis: vt.ſ. de leg.j.l. turpia.§.j. nam ſecus in aliis: vt ſtatim dicit, &.ſ. de ſtatuli.l. ſi peculium.§. is cui. E

y *Nulli dando*. quia non eſt Titius viuus, cui ſoli fuit dandum: vt ſ.proxi.&.j. proxi. diuerſa &c. vel ſi eſt, non vult: vt.C. de condi. inſer.l.fi. & facit.ſ.eo.l. in teſtamento.

z *Legatarij*. cui fundus eſt legatus ſi.x. Titio dederit.

a *Legatarius deſtinatione*. nam deficit, vt dicit. Sed contra.ſ. de an. lega.l.annua. in prin. Solu.ibi.

b *Heredi Titio*. ſecus fortè ſi Titio ſimpliciter iuſſus eſt dare: vt.ſ. ea.l.§. diuerſa. &.j. de ſol.l. ſtipulatus ſum.j. reſpon. &.l. Stichũ.§. vſufruct. Item quid econtra ſi Titio heredi dare iuſſus eſt? Reſpõ. præcedens verbum conſidero, ſit proprium, an appellatiuum, vt.j. de ſtipu.ſer.l. ſi ſeruus communis.

c *Conſtituto*. ſcilicet ſpeciali fauore libertatis: vt dixi. Accur.

d *Dando*. hoc priuilegio libertatis. ſecus in pecuniario relicto: vt &.ſ.eo.l. ſub diuerſis.§.j.

*Legatum*

Legati tranſlatio in dubio videtur fieri ſub eadem conditione.Bartolus.

XCV. IDEM libro quarto Iuris Epitomarum.

Legatum ſub conditione relictum,& ad alium trãſlatum, ſi non conditio perſonæ [a] cohæreat,ſub eadem conditione trãſlatum videtur. [b] B

Non dicitur deſinere quod eſſe non incepit.Bartolus.

XCVI. PAVLVS libro primo ad Neratium.

Titio vſusfructus ſerui legatus eſt:& ſi ad eum pertinere deſiſſet, libertas ſeruo data eſt. Titius viuo teſtatore deceſſit.Libertas non valet: quia conditio nec initium accepit. Paulus: Ergo & ſi viueret Titius, & capere non poteſt: idem dicendum eſt. Deſiſſe enim nõ videtur, [c] quod nec incipit. C

Fauor libertatis fauori nuptiarum præfertur.Bartolus.

Serui vſusfructus mulieri quoad vidua eſſet,legatus: idẽ ſeruus ſi ea nupſiſſet, liber eſſe iuſſus [d] eſt.Si mulier [e] nupſerit,liber erit: quia potior eſt legato libertas. [f]

Municipes poſſunt iurare per eos qui regunt municipiũ.Bar.

Legatum.] CASVS Legaui Titio equum meum,ſi nauis ex Aſia venerit:& poſtea ſimpliciter legaui eundem equum Seio.certe ſub eadem conditione videor in Seium tranſtuliſſe legatum, ſcilicet vt Seius equum non habeat niſi nauis ex Aſia venerit. Si autem conditio appoſita legato Titij cohæreat perſonæ Titij,non videtur repetita in trãſlatione legati illa conditio,puta quia dixi:Lego Titio equum ſi duxerit Seiam in vxorem.Viu. A

a Perſonæ. vtputa ſi talis vxorem duxerit, vel ſtudiis ſe imbuerit.quæ per aliũ nõ fiunt: vt.C. de cadu.tollen.§.ne autẽ.vel pone vt.s̃. de adi. lega.l.legatum ſub conditione.

b Videtur. ſcilicet tacite:vt &.d.l. legatum.ſecus in hereditate: vt. s̃. de heredibus inſtitu. l. ſub conditione.& facit. s̃.eo.l.auia.&.l.quæ cõditio.

Titio.] CASVS. Titio legaui vſumfructum Stichi ſerui mei, & ita poſtea dixi: Si ad Titium pertinete deſierit dictus vſusfructus, idem Stichus ſit liber. poſtea dictusTitius deceſſit me viuo, & ita nõ habuit dictum vſumfructũ. nunquid erit liber Stich⁹? Et dicitur quòd non. non enim videtur vſusfructus deſiiſſe eſſe Titij, qui nõ incepit eſſe eiuſdem Titij. & idẽ eſſet ſi Titius viueret,& capere vſumfructũ nõ poſſet.[SERVI.] Legaui Titiæ vſumfruct. Stichi ſerui mei donec ipſa eſſet vidua:& iuſſi eum eſſe liberum ſi ipſa nuberet.poſtea ipſa nupſit. nunquid erit liber? Et videtur quòd non:quia cum mulieri legatur ſi nõ nupſerit,ipſa poteſt nubere,& legatum habere:vt.s̃.eo.l.ſed ſi hoc.§.fi.dicitur tamen hic quòd liber erit, quia libertas in hoc caſu eſt potior quàm ſit legatum.Viuianus.

c Non videtur. imò contra:vt.s̃.vſufru.quemad.ca.l.iij.§. deſinere. Solu.hic rigor:ibi æquitas.vel vt ibi. Dic quod ibi incipit ſaltem de facto, hic non potuit incipere nec de iure, nec de facto,ſecundum Bar.hic.

d Iuſſus. & ſic ſunt duo legata ſub diuerſis,imo contrariis conditionibus. vnde ſi ceſſerit ex vna, non videbatur amodo cedere ex alia.Accurſius.

e Si mulier. ſi,id eſt quamuis.

f Libertas. idem eſt multo magis ſi libertas eſt data ſi non nupſerit:& vſusfructus in alio caſu datus eſt.Azo.ſcilicet ſi nupſerit.

Mvnicipibus.] CASVS Legaui municipibus Bonon.centum ſi iurarent ſe daturos equum Titio. nunquid eſt impoſſibilis dicta conditio? Et videtur quod ſic: quia non facile poſſunt conuenire ad iurandum municipes.ſed certe non eſt impoſſibilis. nam iurabunt illi qui regunt municipium, & erit impleta conditio.Viuianus.

g Itaque. dixi nõ eſſe impoſſibile,itaque &c.vel infert ad id quod quæſiuit Paulus.

h Gerantur. & ſic videntur omnes iurare:vt infra ad muni.l.municipes.&.j̃.de re.iur.l.aliud.§.refertur. Sed contra.s̃.de condi. inſtitu.l.quæ ſub conditione.& ſupra eo.hæc ſcriptura.Solu.hic dubitabatur an eſſet poſſibilis de natura,& qualiter poteſt pareri propter infantes & ſimiles de vniuerſitate:qui aliàs iurare nõ poſſunt. eſt igitur poſſibilis de natura, ſed non de iure, vt in contrariis,ſecundum R.& B.Vel dic ſpeciale in libertate:vt infra de manu. teſta.l.ſi quis liber. Tertij dicunt quòd hic de præſenti vel de præterito eſt iurãdum,ibi de futuro,& ſic remittitur.& facit ſupra quod cuiuſque vniuerſ.l.item.§.ſi decuriones.&.C.de aduo. diuerſi.iud.

XCVII. IDEM libro ſecundo ad Neratium.

Mvnicipibus, †ſi iuraſſent, legatum eſt.Hæc conditio nõ eſt impoſſibilis.Paulus. Quãadmodũ ergo pareri poteſt? per eos [g] itaque iurabunt, per quos municipij res geruntur. [h]

XCVIII IDEM libro tertio ad Neratium.

Mea res ſub conditione legari mihi poteſt:quia in huiuſmodi legatis non teſtamenti facti tempus, ſed conditionis expletæ ſpectari oportet. [i]

XCIX. PAPINIANVS libro actauodecimo Quæſtionum.

Conditiones extrinſecus, nõ ex teſtamento venientes, id eſt quæ tacitè [k] ineſſe videantur: nõ faciũt †legata cõditionalia. [l]

Allegãs cõtraria nõ auditur.B.

C. IDEM libro ſeptimo Reſponſorum.

Titiæ,ſi non *nupſerit,ducẽta:ſi nupſerit, centum legauit. Nupſit mulier.ducenta, non etiam centum reſidua petat. Ridiculum eſt enim eandem & vt viduam & vt nuptam admitti. [m]

Non dicitur nolle,qui non poteſt velle.Bartolus.

CI. IDEM libro octauo Reſponſorum.

l. reſtituendæ.

Mea res.] CASVS Quamuis mea res mihi pure legari nõ poſſit:vt.s̃.de lega.j.cætera.§.quemadmodum . tamen ſub conditione bene poteſt mihi legari:& ſi inueniatur non eſſe mea tempore exiſtentis conditionis, valet legatum: & potero eam vel eius æſtimationem cõſequi ab herede.Viuia.

i Oportet.vt &.s̃.de leg. j.l.cætera. circa prin. & de contrahen. empt. l. exiſtimo. &.j̃. quando dies lega.ce.l. v.§. fin.& s̃.de regu.Cato.l.ij.

Conditiones.] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titiũ, & Seio Legaui.x.à dicto Seio legaui Sempronio. v.& deceſſi. poſtea antequam Seius agnoſceret dictũ legatum de. x. deceſſit dictus Sẽpronius. nunquid trãſmiſit idẽ Sempronius petitionem dicti legati de. v. ad heredem ſuum,ita quod heres ſuus poſſit petere illud, ſi Seius ſuum legatum agnoſcat? Et videtur quod non, cũ dictũ legatum Sempronij videatur cõditionale. ineſt enim ei ſemper cõditio hæc,ſi Seius ſuum legatum agnouerit. legata autem cõditionalia non tranſmittuntur ad heredẽ legatarij. ſed certe illud verum eſt in conditionibus ex teſtamento veniẽtibus, vt ſi dicat teſtator: lego Sẽpronio.v. ſi nauis ex Aſia venerit.ſecus autem in cõditionibus extrinſecis,id eſt non ex teſtamẽto veniẽtibus, id eſt quæ tacite ineſſe videntur,ſicut fuit illa de qua.s̃.dixi:quia illa non faciunt legata conditionalia quo ad tranſmiſſionem.Viuian. D

k Tacite. veluti ſi à legatario primo tibi legetur, vel à ſubſtituto heredi.ineſt enim ſemper hæc conditio,ſi ille ſuum legatum agnouerit.aut ſubſtitutioni locus fuerit.Azo.vel pone exemplum.s̃.eod. l.j.in fin.&.j̃.de verb.oblig.l.interdum. &.l. continuus.§. cum ita. Accurſius.

l Conditionalia.quo ad impediendam tranſmiſſionẽ:vt &.j̃.quando di.le.ce.l.cum illud.in fin.etiam ſi teſtator eam tacitam conditionem expreſſiſſet:vt.j̃.eo.l.aliquando.

Titiæ ſi.] CASVS. Seius legauit Titiæ ducenta ſi ipſa non nuberet:& ſi nuberet,legauit ei.c.certe ſi nupſerit mulier, ducẽta petere poterit:quia remittitur ei dicta conditio nõ nubenti. Sed nunquid etiam centum petet quæ fuerunt ei legata ſi nuberet? Et dicitur quod non:quia non debet admitti ad legatum vt vidua & vt nupta.Viuianus.

m Admitti. volebat enim habere ducenta: quia etiam ſpreta tali conditione debet conſequi legatum perinde ac ſi non nupſiſſet. E Item quia nupſit, volebat alia centum, quia impleuerat conditionem ſub qua fuerant legata. quia prima conditio pro non adiecta habẽda eſt.& certe non poteſt tam contrariis modis admitti, quia ridiculum eſſet:& ad hoc quod non audiatur contraria petens, facit.C.de fur.l.j.&.j̃.quando ap.ſit.l.ij.§.ſed ſi alius.

Pater ſeuerianam.] CASVS. Titius in teſtamento ſuo deſignauit nuptiis Seuerianam Proculam ſuam filiam Ælio Philippo ſuo cognato:& eidem ſuæ filiæ reliquit per fideicommiſſum prædium Titianum ſi ipſa nuberet dicto Ælio Philippo: & ſi ei non nuberet,voluit dari idem prædium dicto Philippo.poſtea deceſſit dictus Titius teſtator. poſtea deceſſit dicta puella antequam eſſet viripotens.nunquid Ælius Philippus debet habere dictum prædium ex dicto fideicommiſſo?Et dicitur quòd non,quia non extitit conditio dicti fideicommiſſi eidem Philiqpo relicti.nam ſecundum voluntatem defuncti videtur ita demum datum Philippo fi-

† Gloſ. in.c. bonæ memoriæ j. ſuper verbo, ſingulares extra de elect. poſt prin. dicit ar.huius.l. quòd ſi citatur aliquod capitulum,quod citatio poteſt probari per hoc ꝙ, literæ citationis diriguntur prælato, & aliquibus maioribus de capitulo.

* ſic diſpungendũ eſſe, notabatur inter errata editionis Florentinæ. Contius.

† Idem dicit gloſ.2.ante me. in. c. ſignificaſti extra de elect.

* Vide Anto. Aug. lib. 1.emen.c.2.

deicommiſſum, ſi ei dicta puella noluiſſet nubere : ipſa autem voluit nubere ei,ſed nō potuit morte impediente.[I T A  F I D E I C O M.] Legaui fundum Titio,& ita poſtea dixi:volo vt tu Titius reſtituas fundum prædictum Seio, ſi ſine liberis decedas. certe ſi Titius decedat etiam vno tantum filio ſuperſtite, deficit ex voluntate teſtatoris conditio reſtituendi Seio.[C O N D I T I O N V M.] Titius in teſtamento ſuo dedit tutores filio ſuo,& reliquit dictis tutoribꝰ fundum per fideicommiſ. ſub condi. ſi tutelam filij in annum decimumoctauū geſſerint: & deceſſit dictus teſtator : & poſtea tutoresid egerūt vt conſtituerentur curatores filio prædicto teſtatoris : quoniā ipſe interea factus fuit adultus: & adminiſtrauerūt curam vſque ad decimumoctauum annum. nunquid habebunt dictum fundum?Et videtur ꝙ non:quia teſtator dixit de geſtione tutelæ, & non curæ, & ipſi pro parte adminiſtrauerunt curam, vt dictū eſt . dicitur tamen hic quòd bene debent habere,quia verba conditionum quæ ponuntur in teſtamentis,conſiderantur pro volūtate teſtatoris : volūtas autem teſtatoris talis fuit, vt tutores habeāt fideicom. ſi ipſi adminiſtrent bona filij ſiue vt tutores,ſiue vt curatores. [S O C R V S.] Titia habens filium Seium,qui Seius habebat vxorem Sēproniam, fecit teſtamentū, & dictæ ſuæ nurui reliquit tali modo fideicom. Relinquo.c. nurui meæ ſi cum filio meo Seio in matrimonio perſeuerauerit,id eſt ſi ab eo nō diſceſſerit:& ita fuit cōditio in non faciēdo,& deceſſit poſtea dicta Tttia ſocrus poſtea dicta Sempronia nurus diuertit à dicto ſuo viro ſine culpa ipſius viri.certe nō habebit dicta. c. quia defecit cōditio ſua culpa. ea autem cum viro manente non cedit ante dies dicti fideicōmiſſi,quam ipſa cœperit mori:vel quam cœperit mori maritus.morte autē ſua vel mariti veniente bene cedit dies, & conditio exiſtit:& quia morte viri cōditio exiſtit,nō habet locum cautio Mucia. quæ ſolet habere locum cum cōdit.eſt in non faciēdo, & nō poteſt exiſtere per mortē alterius,puta ſi fideicō.relictū eſſet nurui ſi Capitolium nō aſcenderet,vt bene dixi.s̃.eo.cum talis.in princ. [F I D E I C O M M I S S A.] Titius in teſtamēto ſuo reliquit liberto ſuo Sticho fideicōmiſſa quædam mēſtrua & annua ſub ea cōditione, quādiu geſſerit idem libertus res filiæ ipſius patroni, quæ remanebat patrona ipſius liberti,& deceſſit dictus teſtator : poſtea cum libertus vellet adminiſtrare res dictæ filiæ , ipſa prohibuit . certe nihilominus habebit libertus fideicōmiſſa prædicta quolibet menſe & anno.ſed ſi dicta filia mutet poſtea voluntatē & velit adminiſtrari res ſuas per libertum,reſumunt dicta fideicōmiſſa conditionē , vt ſcilicet nō aliter præſtētur liberto,quam ſi ipſe adminiſtret res dictæ filiæ.nā dicta fideicōmiſſa relicta in ſingulos menſes & annos ſunt plura,& ideo in quolibet ineſt dicta conditio.Viuianus.

a *Non nupſiſſet*. id eſt nubete noluiſſet.ſic infra de verbo. obliga.l. ſtipulatus.

b *Oporteat*. vt &.s̃.de leg.j.l.penul.&.s̃.eo l.in conditionibus.

c *Deceſſerit*.& ſic contra patris volūtatem nil agit.nō ergo dicitur nolle,cum nec velle poſſit.ſic.s̃.loca.l.qui ad certū.&.j̃. de reg. iur. l.velle.Argu.contra.j̃.de fur.l.qui vas.§. vetare. A D D I T I O. Dic quod ibi loquitur in prohibēte petere,& ibi erat perſona in quam cadebat noluntas & voluntas ſecundum Bar.hic.

d *Vel vno*. vt.C.quando dies lega.ced.l.cum vxori.Accur.

* voluiſſet, Vide Anto. Aug. lib. I. emen. ca. 3.

Pater Seuerianam Proculam AElio Philippo cognato nuptiis teſtamento deſignauit. eidē filiæ prædium, ſi AElio Philippo nupſiſſet, verbis fideicommiſſi reliquit.quod ſi non nupſiſſet,[a] idē prædium Philippo dari voluit. nondum viripotens puella diem ſuum obiit. Reſpōdi, cum in cōditionibus teſtamentorum volūtatem potius quàm verba conſiderari oporteat,[b] AElio Philippo fideicommiſſum ita datum videri, ſi ei Procula defuncti filia nubere noluiſſet.* Quare cū ea priꝰq̃ viripotēs fieret, vita deceſſerit,[c] cōditionē extitiſſe nō videri.

Non videtur ſine liberis decedere,qui vnum tantum filium relinquit.Bartolus.

Ita fideicommiſſo dato. *Volo reſtituas ſi ſine liberis decedas*: conditio deficit ex voluntate vel vno[d] filio ſuperſtite relicto.

Verba vſque ad tēpus poſſunt ſtare in propria ſignificatione,& poſt tempus tranſire ad impropriam.Bartolus.

Conditionum verba quæ teſtamento præſcribuntur, pro volūtate[e] conſiderantur:& ideo cum tutores teſtamento dati,[f] quoniam interea puer adoleuerat,id egerint,[g] vt curatores ipſi cōſtituerentur : conditio fideicōmiſſi talis præſcripta, *Si tutelam in annū octauumdecimum geſſerint*: defeciſſe non videbitur.[h]

Conditio quæ poteſt impleri in vita legatarij, expectatur : nec eſt locus Mucianæ cautioni.Bar.

Socrꝰ nurui fideicōmiſſum ita reliquerat,*Si cum filio meo in matrimonio perſeuerauerit*. Diuortio[i] ſine culpa viri poſt mortē ſocrꝰ facto, defeciſſe cōditionē reſpōdi: nec antè diē fideicōmiſſi cedere, quàm mori cœperit[k] nupta vel maritus : & ideo nec Mucianam cautionē locū habere: quia morte[l] viri conditio poſſit exiſtere.

Dictio quamdiu,facit cōditionē.B.vel ſic:In legato annuo licitum eſt quolibet anno variare: quia tot ſunt legata,quot anni.

Fideicōmiſſa mēſtrua & annua ſub ea cōditione liberto relicta, *Quamdiu res patroni filiæ geſſerit*:etſi præſtari neceſſe eſt filia prohibēte[m] res ſuas adminiſtrari,tamen volūtatē filia mutāte conditionē reſumunt,[n] quoniā plura ſunt.[o]

In fideicōmiſſo vniuerſali relicto à filio poſt mortem intelligitur ſi deceſſerit ſine filiis.

C I I. I D E M *libro nono Reſponſorum*.

Cvm auus filium ac nepotem ex altero filio heredes

e *Pro voluntate*. id eſt pro voluntatis ſuſpicione.ad quod eſt. s̃.eo. l.in conditionibus.Accurſius.

f *Dati*. quibus fuit relictum aliquid ſi geſſerint tutelam in. xviij. annum,vt infra patet.

g *Id egerint*. adultus factus petendo eos in curatores:nec ipſi ſe excuſauerunt, cū poſſent: vt inſti. de excuſa. tuto. vel cura.§.pe.Accur.

h *Non videbitur*. quoniam certum eſt teſtatorem etiam per curā tutelam intellexiſſe.Sic ergo no.quod hoc verbū tutela, ad tēpus retinet propriā ſignificationē, & poſt adſumit aliā & impropriā. ſic.s̃.de vulſubſti. l. Centurio. Sed argu. contra in eo. titu. l. verbis &.l. in pupillari. nec enim vere tutor poteſt dari adulto : vt.s̃. de tu.& cura.da.ab his. l.Seiæ. & ſecūdum hoc dic conſtituerentur,ſcilicet per confirmationem:vt inſtit.de cura.§. dātur.ſic.C.de cur. fur. l.fin.§. ſed cum antiquitas. Item not. hic quòd ſufficit fieri æquipollēs. ſic &.s̃.de leg.iij.l.fideicommiſſa. §.ſi cui . Sed arg.contra.s̃.man.l.fi.§. fina . A D D I T I O. Dic quod illa non eſt cōtra. imò concordat , ſecundum Bart.

i *Diuortio*. & ſic perſeueratione ſublata.

k *Cæperit*. quia tunc demū perſeueratio certa eſt an interueneris vel non.

l *Quia morte*. bona ratio,vt.s̃. eo.l. cum ita.§. Titius.&.l.auia.§.Titio. ſed certe imò hoc caſu non eſt bona, ideo quia cum malo mulieris omine , id eſt fortuna proponitur:& ſic cautio locum habere debet:vt.s̃. eo.l. cum ita.in princ.&.§.j.quæ eſt contra.ſed certe imò multæ gaudent de morte maritorū.arg.tamen contra.C.de iure do.l.fi.in fi.j. reſpon. vbi triſtantur.Item poteſt & alio modo quàm morte viri deficere perſeueratio:vt diuortio culpa viri interueniente. A D D I T I O. Dic ſecundum Bart.quod iſta ratio non eſt bona:quia imò triſtātur bonæ mulieres:vt.l.fin.in fin.j.reſpon.C.de iure do.Ray.vero dicebat quod mulieres malæ gaudent:bonæ triſtantur.ſed regula eſt ſecūdū eum quòd omnes mulieres ſunt malæ:vt in authē. vt ſi. prohi. ma.debit. & credi. §. quia vero.ergo inſpicitur quod communiter accidit.ſed iſta ratio ſecundum Bar.etiam non eſt bona : quia mulieres diligunt virum etiam vltra filios .Dicit tamē idem Bar.quod poteſt eſſe talis conditionis vir & vxor quòd expectare mortē viri non eſſet triſte, vt ſi vir eſt ſenex, & vxor iuuenis : vt per eundem Fart.in.l.Mucianæ.s̃.eod.

Vxores multa gaudent de morte virorum.

m *Prohibente*. niſi propter fraudem prohibeatur:vt.s̃.de an. lega.l. Mæuia.in princip.

n *Reſumunt*. relicta.Sed contra.C.de condi.inſer.l.fin. Solu.ibi fauor libertatis,vel ibi non redintegrantur,quia prorſus pro remiſſo eſt quod ſemel erat dandum.ſed nec hic redintegratur quod præteritum eſt:ſed quod futurum eſt,quaſi plures ſint conditiones,& plures adminiſtrationes. vnde licet aliqua vel aliquæ ſint remiſſæ, non tamen per hoc cæteræ ſunt remiſſæ.Item not. permitti incōſtantiam.ſic.j̃.de col.bono.l.nonnunquam.&.s̃.de ac.empt.l.ſi ſterilis.§.fi.& depoſi.l.j.§.pe.

Inconſtātia quandoque permittitur.

o *Plura ſunt*. ſcilicet legata,vt.j̃.de verbo.oblig.l.pluribus. §.j.& de dona.cauſa mor.l.ſenatus.§.fi.

Cvm auus.] C A S V S. Titius habens filium Seium, & habens nepotem Gaium ex alio filio præmortuo , inſtituit eos ſibi heredes, & petiit à nepote prædicto vt ſi moreretur intra triceſimum annum , reſtitueret ſuam partem hereditatis dicto Seio ſuo pa-

ſuo patruo: & deceſsit hic Titius. poſtea dictus ſuus nepos deceſsit intra prædictam ætatem liberis ex ſe relictis.certe per coniecturam pietatis deficit conditio fideicommiſsi patruo relicti: & ideo illud non habebit, quia inuenitur minus ſcriptum in verbis dicti fideicommiſsi quàm præſumamus dictum per teſtatorē. præſumimus autem eum dixiſſe& in mente geſſiſſe vt ita demũ habeat patruus fideicõmiſſum, ſi nepos decederet ſine liberis. Viuia.

a *Deceſſerit.* Not.tacitũ defectum conditionis. ad quod eſt. C.de inſtitu.& ſubſtit.l. generaliter.§.fina. & de fideicõmiſſ. l. cum acutiſsimi. & argu.ſupra de hered. inſtit.l.quoties.

S*I ita legatũ.*] CASVS. Seius inſtituit ſibi Gaium & Semproniũ, & iuſsit eis vt darēt Titio centum poſt decem annos, ſi ipſe Titius nõ exegerit ab eis ſatiſdationem de dicto fideicõmiſſo ei per eos præſtãdo aduenietē die, & poſtea deceſſit dict⁹ teſtator, & poſtea Titius deceſſit intra dictum tempus.nunquid tranſmittit ad heredē ſuum dictum legatum? Et dicitur quòd ſic,quia exti tit conditio prędicta eo Titio moriētе. eo enim moriente certum eſt quod amodo nõ petet ſatiſdationem ab heredibus. Viuianus.

b *Defeciſſe.* ſatidatione non præſtita. Accur.

inſtituiſſet,à nepote petiit,vt ſi intra annum trigeſimum moreretur,hereditatem patruo ſuo reſtitueret. nepos liberis relictis intra ætatem ſupraſcriptam vita deceſſit. fideicommiſsi conditionem coniectura pietatis reſpondi defeciſſe [a]: quod minus ſcriptum, quàm dictum fuerat,inueniretur.

CIII. PAVLVS *libro quartodecimo Quæſtionum.*

SI ita legatum ſit, *Titio poſt decem annos dato, ſi ſatis ab herede non exegerit*: & Titius intra deci mum annum deceſſerit [b], ad heredem ſuum tranſmittat legatum [c]: quia moriente eo conditio extitit.[d]

Non nocet medio tēpore quē ante exiſtentiam cõditionis perdere ciuitatem.Bart.

CIIII. IDEM *libro quartodecimo Reſponſorum.*

EVm qui poſt apertum [e]teſtamentũ deportatus & reſtitutus eſt,fideicõmiſſum petere poſſe cuius conditio [f]poſtea extitit, quàm ciuitatē Romanā recipiat.

Alienatio rei legatæ ſub conditione,vel impoſitio ſeruitutis irritatur conditione aduenietē. Bar.

A imponere poteſt heres ſcilicet cum effectu, vt perſeueret ipſa ſeruitus:immo ſi imponat ſeruitutem,finietur ſeruitus exiſtente conditione ſub qua legaui.Viuianus.

g *Recedet.* id eſt ad eum nullo modo veniet: vt ſupra quib. mod. vſuſfruct.amitta.l.ſi ſub conditione.

CV. POMPONIVS *libro quinto Epiſtularum.*

SI fundum à teſtatore ſub con ditione legatum heres alij pēdente conditione legauit: poſt exiſtentem conditionem quæ priori teſtamento præpoſita fuerat, neque proprietas à priore legatario recedit [g],nec locum religioſum in eo fundo heres facere, nec ſeruitutem imponere poterit [h]; ſed & impoſita ſeruitus finietur [i] exiſtente conditione.

B

Conditio negatiua quæ poteſt impleri viuo legatario, non impletur præſtita cautione Muciana.Bartolus.

CVI. IVLIANVS *libro viceſimoquinto Digeſtorum.*

HOc genus legati, *Si Titio non nupſerit*, perinde habendum eſt,ac ſi poſt mortem [k]Titij legatum fuiſſet: & ideo nec Muciana [l] ſatiſdatione interpoſita capere legatum poteſt. ſed & alij nubēdo [m],nihilo minus legatum conſequitur.

C

Expreſsio eorum quæ tacite inſunt,nihil operatur.Item cõditio tacita ex teſtamento proueniens impedit tranſmiſsionem.Bart.

h *Poterit.* ſcilicet cum effectu,vt perſeueret.

i *Finietur.* interim ergo tenuit impoſitio ſeruitutis, & alienatio: vt C.communia de lega.l. fina.§. ſinautē. & ſupra quemadmo.ſerui.amit. l.is cui. §. fina. niſi in libertate:vt ſupra qui& à quib. l. generaliter. §. j. ſed hodie contra ſeruatur etiam in aliis prędictis: vt in authent. de reſti. & ea quæ pa. §. j. colla. iiij. & facit infra titu j.l. fundo. & ſupra de leg.j. l. ſi fundum.& infra de fideicommiſſa. liber.l.generaliter. §. finali.Accurſius.

H*Oc genus.*] CASVS. Legaui Sēproniæ mulieri centũ ſi Titio non nupſerit. certe per inde habendum eſt ac ſi poſt mortem Titij ei Sempronię legaſſem:quia tunc certũ erit quòd ipſa Titio non nubet, & tunc demum poterit petere legata Sempronia. vnde ſi ipſa velit ſtatim capere legatum, & cauere Muciana cautione dē non nubēdo Titio,non auditur: vt & plene dixi ſupra eod.l.cum talis in princip. ſed ſi ipſa nubat alij, nihilo minu Titio mortuo conſequitur legatum ab herede meo. Viuianus.

c *Legatum.* Sed an ſtatim poterit peti,cum.x.an.non tranſierint?R. dixit quod non,& pro eo.s̃.eo.l.iiij.in fi.& j̃.de verb.oblig.l.in illa. ſed Hug.quod ſtatim,nec obſtat.d.l.in illa. quia dies fuit ibi appoſitus ad ſolutionem faciendam, hic ad faciendum conditionale legatum. ſed certe tunc debet dicere, ſi ſatis non exegerit hinc ad decem an.non autem poſt decem an.vnde prima placet.

d *Extitit.*cum enim fuit in non faciendo, morte impletur: & dic vt.s̃.eo.l.Titio fundus.

E*Vm qui.*] CASVS.Titius reliquit in teſtamento ſuo fideicommiſſum de. c. Seio ſub coditione, ſi nauis ex Aſia venerit: & deceſsit dictus Titius: & poſtea fuit apertum teſtamentum eius. & poſtea antequam nauis veniret ex Aſia, dictus Seius fuit deportatus in inſulam propter aliquod delictum: & poſtea ſimiliter antequam nauis ex Aſia veniret,fuit reſtitutus in ciuitatem Romanam. & poſtea venit nauis ex Aſia. nunquid poteſt conſequi fideicommiſſum?Et dicitur quòd ſic, ſecus autem à contrario ſenſu literæ ſi nauis veniſſet eo in inſula exiſtente.Viuianus.

e *Apertum.*multo magis ſi ante.ſed ſic dixit,quia ſecundum has leges non cedebat dies niſi ab apertura tabularum: vel ſi ante decederet legatarius,fiebat caducum:vt.C.de cadu.tol.§.j.Hug.

Capacitas in legatis quãdo inſpiciatur.

f *Conditio.* In conditionali enim legato inſpicitur ſolummodo tempus conditionis exiſtentis,capax ſit vel non legatarius: vt.j̃.de leg.præſtan.bono. poſ. contra tabu. pe. l. interuenit.in puro vel in relicto in diem certum inſpicitur tempus conditi teſtamenti: vt.j̃. de iure fiſc. l. iij. §. quæri autem. in hereditate autem inſpiciuntur tria tempora: vt.j̃. de heredi. inſtit. l. ſi alienum. & inſtit.de here. quali.& diffe.§.in extraneis.& facit ad.l.s̃.de leg.ij.l.non oportet.& s̃.de leg.iij.l.ſi deportati.

S*I fundum.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & legaui fundum Seio ſub conditione,ſi nauis ex Aſia venerit.& deceſſi. poſtea dictus Titius heres legauit in ſuo teſtamento dictum fundum Sempronio pendente adhuc dicta conditione: & deceſſit dictus meus heres. poſtea extitit dicta conditio quam appoſueram. certe habebit dictum fundum dictus Seius cui ego legaui ſub conditione: & non Sempronius cui heres meus legauit. Item nec locum religioſum in eo fundo facere heres poterit: nec ſeruitutem

k *Ac ſi poſt mortem*, quo ad quid: quia ſicuti tunc cum legatum eſt poſt mortem Titij, Titio demum mortuo poteſt peti legatum: ſic & cum dicit,ſi Titio non nupſerit.ſed quantum ad aliquid eſt differentia: quia cum dicit, poſt mortem Titij, non tranſmittitur ad heredes niſi primo Titius & poſtea mulier moriatur, non autem econtra ſi primo decedat mulier.

D

l *Nec Muciana.*quæ ideo hic non habet locum, quia viuente legatario hæc valeat conditio exiſtere:vt ſupra eo.l.cum ita.§.Titius.&. l.Titio fundus.R.

m *Nubendo.* Crederet quis quòd ſi alteri nuberet, licet nullo tempore Titio, quòd non debeat ſtatim conſequi legatum. quod remouet. nam conſequitur legatum Titio mortuo, & ſic conditione proculdubio impleta. Sed nonne in hac prohibitione videtur cogitatum de primis nuptiis: vt in permiſſione: vt lego tibi decem ſi nupſeris Titio: vt.s̃. eodem. l. hæc conditio. hoc eſt ſi hodie contrahit cum alio, videatur impleta cõditio de non nubendo Titio? Reſpon.non, quia prohibitio indiſtincte facta generaliter eſt accipienda: vt.s̃. quod met. cau. l. ſi mulier. §. j. at permiſsio ex defuncti tacita voluntate ad primum aptatur,& facit.C.de indic.vi.toll. l.prima.

E

A*Liquando.*] CASVS. Multoties euenit quòd legatum datum ſub conditione intelligitur purum: & quod legatum datum pure intelligitur conditionale. De primo ponit duo exempla, & primum eſt tale: Inſtitui mihi heredem Titium ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit: & ſub eadem conditione legaui Seio. c. Secundum exemplum eſt tale:Inſtitui mihi heredem Titium pure,& legaui Seio.c. ſub cõditione, ſi Titius adiuerit hereditatem meam. nam his duobus caſibus intelligerentur tacite dictæ conditiones, etſi non eſſent appoſitæ in legato: vnde legatum non faciunt conditionale:vt.s̃.e.l.conditiones extrinſecus.dixi. De ſecundo autem ponit vnum exmplum,& eſt tale: Legaui Seio.c. pure:& poſtea ei ademi dictum legatum ſi nauis ex Aſia venerit vſque ad annũ certe iſtud legatum purum amodo erit conditionale:quia cum legatũ purum adimitur ſub cõditione,perinde eſt ac ſi ſub contraria con-

ditione datum fuiſſet. non habebit ergo hoc caſu Seius legatũ niſi tranſiuerit annus,& intra dictum annum nauis non venerit. Viuia.

a *Purum.* quo ad tranſmiſſionem. nam ſi legatarius dacedat ante conditionem,bene tranſmittit:vt.j.quando dies legati ced.l.ſi dies. §.fina.&.l.ſi Titio.§.j.& dic rationem vt ibi. Accurſius.

CVII. GAIVS *libro ſingulari de Caſibus.*

ALiquando accidit, vt ſub cõditione datum legatum, purũ [a] intellegatur: veluti quod ſub eadem conditione relictum eſt, ſub qua etiam heres alius inſtitutus eſt. Item quod ſub hac conditione relictum eſt, *Si hereditatem adierit* [b]. Ex diuerſo quoque purum datum legatum, cõditionale videtur: veluti quod ſub cõditione ademprum eſt: quia ſub contraria conditione datum intellegitur [c].

Dictio, eo amplius, non eſt ſolùm repetitiua legati, ſed etiam conditionis præambulum. Bart.

CVIII. SCÆVOLA *libro nonodecimo Digeſtorum.*

LIbertis omnibus legauit domum,& hęc verba adiecit: *Vt in ea habitent liberti, ne de nomine exeat: & vt ad vnum, qui nouißimus extiterit, perueniat: & eo* [d] *amplius eiſdem libertis meis dari volo fundũ Soſianum.* Quæſitum eſt, an cõditio adpoſita,ne de nomine exiret, ad ſequens quoque legatum pertineret. Reſpondit,pertinere.

Ad heredẽ ius implendæ conditionis non tranſit vt fideicommiſſum perficiat. Bartolus.

CIX. IDEM *libro viceſimo Digeſtorum.*

A Teſtatore rogatus, vt acceptis [e] centum nummis reſtitueret hereditatem Titiæ coheredi ſuæ, adita hereditate deceſſit [f]: ſimiliter & Titia [g] antequam

b *Adierit.* Sed quare ſecus ſi ſic dicã, ſi volueris tibi lego. nam etiam eo non dicto erit in voluntate tua, & tamẽ eſt conditionale: vt ſupra eod. l. ſi ita expreſſum? Reſpon.hoc tacite ineſt hic,ibi nõ,immo adquiritur ignoranti,& antequam velit: vt ſupra de legatis.ij.l. cum pater.§. ſurdo.licet poſtea repudiare poſsit. & facit ſupra de lega.ij. l.iij. & de here.inſtit.l. Trebatius. &ſupra eo.l.in cõditionibus.j.reſpon.&.§.j.

c *Intelligitur.* vt &c. s̃.de lega.j.l. ſi poſt mortem. §.fi. & de adimen. lega. l.ſi legatũ pure. Et nota ex hac.l. quòd pure relictum eſt cõditionale, & econtra.

L*ibertis.*] CASVS. Titius legauit omnibus libertis ſuis vnã domum,& dixit, Lego eis dictam domũ vt in ea habitent,ne de nomine meo exeat eadem domus:& ad vnũ ex libertis qui nouiſſimus extiterit, perueniat: & eo amplius volo dari eiſdẽ meis libertis fundũ Soſianũ. & in hoc legato fundi non repetat conditionem ſiue modum adiectã vel adiectũ legato domus prædicto: nũquid tacite intelligeretur repetita? Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

d *Et eo amplius.* id eſt præter domũ: vt & ſupra de leg. iij. l. ſi pure. & ſic per iſta verba cũ fiat repetitio prioris legati, intellige eandem conditionem repetitã in ſequenti legato.ſic.s̃.eo.l.auia.&.l.legatum ſub conditione.

A *Teſtatore*] CASVS. Inſtitui mihi heredes Titiam & Seium,& rogaui eũdem Seium vt acceptis.c. nummis reſtitueret ſuam partem hereditatis dictæ Titiæ ſuæ coheredi: & poſtea deceſsi: & Titia & Seius adiuerunt hereditatẽ meam:& poſtea deceſsit idem Seius & etiam Titia antequam ipſa Titia daret dicta c. Seio. nunc quæritur, an heres Titiæ poſsit offerre heredi Seij. c. & conſequi partem hereditatis meæ quæ venit in partem Seij? & dicitur quòd non.& eſt ratio ſecundum Claudium,quia dubium eſt in hoc caſu vtrum ego teſtator voluerim facere conditionem per dicta verba, vt acceptis. c. nummis &c. an non voluerim facere conditionem, ſed modum.vnde præſumitur me facere voluiſſe conditionem, & ſic heres Titij eam non poterit adimplere,quamuis ſic apparet me voluiſſe denotare modum:vnde heres Titiæ bene admitteretur ad prædicta. Viuianus.

e *Acceptis.* à Titia coherede:vt.j̃.patet.Accurſius.

f *Deceſsit.* heres rogatus.Accurſius.

g *Et Titia.* ſcilicet deceſsit.

h *Aperto.* ſcilicet addendo rationem,cum poſſet dubitari &c.

i *Conditio eſſet.* quaſi dicat Claudius, verba illa,vt acceptis centum, in vi modi poſſunt intelligi, & ſic parebit heres: & poſſunt intelligi in vi conditionis,& ita non parebit heres.In dubio autem.i.cum eſt incertum qualiter illa verba intellexerit teſtator, Claudius pro conditione intelligit ea.R.Et ſecundum hoc hæc dictio vt, ponitur pro ſi.Sed videtur contra.huic.l.s̃.de contrahen.empt.l.cum ab eo. vbi in dubio non præſumitur conditio. ſed certe immo ibi conſiderandum dicit quod actum eſt: non autem attẽdit verba:licet ſolemus dicere quòd vt,denotet modũ: ſi,vero denotet conditionẽ. Item videtur cõtra.s̃.de iure do.l.ſi mulier.§.ex aſſe.in fi. §.vbi dicit non poſſe alij reſtitui hereditatẽ quàm cui iuſſum eſt. ſic ergo non heredi fideicõ. Itẽ ſicut heres non trãſmittit nõ aditã:vt C.de cad.tol.§. in nouiſſimo.ſic nec Titia ius quod habuit.ſed hæc lex innuit contra.ſi in vi modi ponãtur verba. Sed certe poſito ꝙ nõ expedit vel nõ oportet, ſequitur quod non oportet:vt.C.de reſcin. vẽ. l. ratas. illud autem econtra conſtat. quòd mortuo rogato ante q̃ reſtituatur, heres eius tenetur:vt.j̃. ad Trebel. l.ſi eius.§. ſi quis rogatꝰ. Item no.ius offerẽdi ad heredẽ non tranſire.ſic. j̃.eo.l.tales.§.j.& argu.j̃. de fideiuſ.l.fideiuſſor.§. fin.Sed arg.contra. s̃.de in diem addi. l. ſi prædio. in princip. Accurſius. ADDITIO. Dic ſecundũ Bart. quòd ille qui implet conditionẽ, conſequitur aliquid ex cauſa oneroſa:vt ibi. ſecus ſi ex cauſa lucratiua:vt hic.

daret centum. Quæſitum eſt, an heres Titiæ offerendo centum fideicommiſſo * partẽ hereditatis conſequi poſſit. Reſpondit,heredem cõditioni parêre non poſſe. Claudius: magno ingenio de iure aperto [h] reſpõdit, cũ poteſt dubitari an in propoſito cõditio eſſet [i].

* Fideicommiſſi partẽ.

CX. POMPONIVS *libro nono Epiſtularum.*

ETiam * ſi inuitis heredibus ex peculio ſtatuliber pecuniam Titio det,liber quidem fit: ſed Titius qui inuitis heredibus ſciẽs accepit, pro poſſeſſore videtur eam pecuniã poſſidere: vt auocare eã hi qui inuiti fuerunt,poſſint [k].

* Al. in vulga. editio. erat lex Si inuitis.

Conditio reddẽdarum rationũ non impletur niſi de his quæ ſcripta ſunt in codice rationum, fiat fides ſi vera negentur,& niſi reſtituãtur reliqua ſi qua ſunt. nec imputatur geſtori paupertas debitorum ſuperueniẽs, ſi tempore quo contraxit, fecit vt diligens paterfamilias. hoc dicit.

CXI. IDEM *libro vndecimo Epiſtularum.*

QVi ſub cõditione rationum reddendarum liber eſſe iuſſus eſt, docere debet, conſtare fidẽ omnibus quę ab eo geſta ſunt: vt neque ſubtraxerit quid ex his quæ acceperit, neque expenſum rationibus pręſcripſerit, quod † [l], nõ dederat. ſed & quod reliquũ [m] per contextũ ſcriptũ eſt remanere apud eũ, ſoluere debet. Neque enim aliter liber eſſe poteſt, quã ſi hoc modo conditioni ſub quam

† Mallẽ legere præſcri pſerat quomodo ſcriptum fuiſſe in archelipo ait Auguſti.

S*I inuitis.*] CASVS. Inſtitui mihi heredes Titiũ & Seium, & Sticho ſeruo meo libertatem ſi dederit Titio centum. & nihil de peculio Stichi dixi, & deceſſi. poſtea Stichus dedit Titio dicta centum ex peculio ſuo inuitis dictis heredibus ſciente Titio. nunquid fit liber? Et dicitur quòd ſic, ſed heres poterit repetere dicta cẽtum à Titio per petitionem hereditatis, cum poſſideat eam pecuniam pro poſſeſſore, vel poſsidere videatur. Viuianus.

k *Poßint.* contra.s̃.de ſtatuli.l.ſi peculium. §. de illo.vbi dat inuitis heredibus.Sed ibi erat ei prælegatum:vt in princip.illius legis.Item quo modo auocant heredes,cum teneãtur actione in factum? Reſpon.hæc de rigore.de ęquitate vero remouentur excep.in factum: vt.s̃.de condic.cau.da.l.iij.§.fin.quę eſt contra & facit.s̃.de ſtatulib. l.iij.in princ.Accurſius.

Q*vi ſub conditione.*] CASVS. Iuſsi Stichum ſeruum meum liberum eſſe ſi redderet rtiones eorum quæ ex bonis meis adminiſtrauit & geſsit, & deceſsi. nunc quæritur, quid vel quæ habeat facere eorum dictus ſeruus ſi vult libertatem conſequi? Et dicitur quòd quatuor debet facere ad hoc vt impleat conditionem libertatis. Primũ eſt,vt doceat ſe non ſubtraxiſſe aliquid ex his quæ acceperit ex rationibus dominicis. Secũdum eſt,quòd doceat ſe non ſcripſiſſe in rationibus expendiſſe illud quod non expenderit. Tertium eſt, vt ſoluat heredi meo illud quod ſcriptum eſt in libro rationum remanſiſſe apud eum. Quartum eſt, vt doceat debitores cum quibus ipſe contraxit gerendo negotia mea,fuiſſe idoneos eo tempore quo ipſe credidit eis, & eius cõditionis fuiſſe dictos debitores in dicto tempore, vt diligẽs paterfamilias eis crediturus fuiſſet. Quintũ autem non debet docere,ſcilicet dictos debitores fuiſſe idoneos tempore mortis meæ,qui eram eius dominus. Viuianus.

l *Præſcripſerit.* id eſt in præiudicium veritatis ſcripſerit. ſic. C. de tranſact.l.cum ea.

m *Reliquum.* facit ſupra eod.l.cum ſeruus. & infra de manumiſ. teſta.l.ſi ita.&.l.qui filium.

Tales.

TAles.] CASVS. Legaui Titio & Seio cẽtum ſi monumentum poſt mortem meam mihi fecerint, in quo ego ſepeliar. certè non poterit vnus eorũ habere partem pecuniæ, & facere partem monumenti: imò oportet vt totũ fiat monumentũ: quia indiuidua conditio eſt. ſi autẽ eſſet diuidua, ſecus eſſet de æquitate. & de hoc ponit duo exẽpla. Vnum eſt tale: Legaui fundũ Titio ſi ipſe præſtiterit centũ Symphoro & Ianuario ſeruis meis pone, & deceſſi. certè de ſtricto iure nõ aliter habebit fundũ Titius niſi præſtet. c. dicto Symphoro & Ianuario in vita eorum. ſed de æquitate ſi Symphorus deceſſerit antequã Titius eſſet in mora præſtandi dicta. c. conſequetur idẽ Titius dimidiã partem fũdi ſi det Ianuario viuẽti dimidiam partẽ de dictis. c. Secundũ exemplum eſt tale: Legaui Titio & Seio fundũ ſi darent. c. in funus meũ, & in impenſam perferendi corporis mei in aliam regionẽ in qua volebam ſepeliri. certè de ſtricto iure niſi vterque dederit dictam pecuniã, neuter habebit aliquid de legato: quia prædicta conditio non poteſt expleri niſi per vtrũque. ſed de æquitate ſi vnus eorũ det partem dictæ pecuniæ, cõſequetur partem fundi prædicti eis legati.

[PRISCVS RESPONDIT.] Dedi libertatem Sticho ſeruo meo ſi rationes redderet eorum quæ ex bonis meis adminiſtrauit & geſſit: & deceſſi: nunc quæritur vbi ipſe debeat reddere rationes, ſcilicet vtrum vbi ego deceſſi: aut ibi vbi ipſe ſeruus relictus eſt, puta Bononiæ: aut ibi vbi ipſe ſeruus velit? Et dicitur ꝙ ſi heres erat cauſa reipu. abſens, ſeruus debet ire ad eũ, & ibi reddere rationes: ſecus ſi eſſet alibi nõ cauſa reipu. & ita ex loco æſtimandũ eſt vbi debeat reddere rationes. Itẽ æſtimandũ eſt ex pſona heredis: puta ſi heres eſt nobilis & magna perſona, veniet ad eũ ſeruus ad reddendũ rationẽ etiã ſi nõ abſit cauſa reipu. Viui.

data eſt libertas, ſatisfecerit. Cæterum debitores cũ quibus ipſe cõtraxit, non vtiq; in diẽ mortis domini ſui fuiſſe idoneos præſtare cogendus eſt: ſed eo tempore quo his creditum eſt, eius conditionis fuiſſe, vt diligens paterfamilias his crediturus fuerit.

Conditio indiuidua pluribus appoſita non poteſt ab omnibus impleri. diuidua vero ex cauſa diuiditur tam ex parte implentium quàm ex parte eorũ in quorum perſonis debet impleri. Bartolus.

CXII. IDEM *libro duodecimo Epiſtularum.*

TAles cõditiones, *Si monumẽtum* puta *fecerint*, pluribus propoſitæ: non poſſunt niſi in omnibus [a] ſimul perſonis exiſtere. Item, *ſi Symphoro & Ianuario centum Titius præſtiterit, fundũ ei lego.* Symphoro mortuo an legatum periſſet? Sed hoc quoq; ſic puto interpretandũ, vt ſi dum quiſque eorũ viuet, [b] præſtitiſſet. Sed benigna interpretatione dicendũ, ſi nõ poſt morã Titij Symphorus deceſſit, debere partẽ dimidiam Ianuario dãtem, [c] partem fundi dimidiã legatariũ eſſe conſecuturum. [d] De illo quoq; quæritur: Fundus quibuſdam legatus eſt ſi pecuniam certã in funus, impenſamq; perferendi corporis in aliã regionẽ dediſſent. nam niſi vterque dederit, neutri ſit legatum: quoniã conditio niſi per vtrunq; expleri nõ poteſt. [e] Sed hæc humanius interpretari ſolemus, vt cum duobus fundus legatus ſit ſi decẽ dediſſent: [f] & alteri, [g] dãdo partẽ, legatum [h] quoq; debeatur.

Statuliber debet rationem reddere vbi induci videbitur. Bar.

Priſcus reſpondit, [i] ſtatuliberũ non vtique ibi vbi paterfamilias B deceſſit, aut vbi ipſe relictus ſit, aut vbi velit, rationes † reddere debere: ſed interim proficiſci ad eum cui reddere debeat, vtiq; ſi is reipublicæ cauſa aberit. Veriſſimum eſt autem vt aliàs aliud ex perſona locoq; ſit æſtimãdum. [k]

Non dicitur quis poſſe adminiſtrare res ſuas ante viceſimumquintum annum. Bartolus.

CXIII. PAVLVS *Imperialiũ Sententiarum in cognitionibus prolatorum ex libris ſex libro ſecũdo.*

C CVm filius rogatus fuiſſet à patre, ſi antequam res ſuas adminiſtrare poſſet, [l] deceſſiſſet, [m] hereditatem Titio reſtituere, & egreſſus viginti annos deceſſiſſet: reſcriptum eſt fideicõmiſſum deberi.

a *Omnibus.* ſunt enĩ indiuiduæ. vnde ſi vnus facit totũ, ſibi & alij prodeſt, niſi teſtator non habuerit ſatis per vnũ pareri. vnus autẽ ſi partẽ faciat, nõ prodeſt: vt hic, & .j. de manu. teſt. l. ſi ita fuerit ſeruꝰ. & .j. de here. inſti. l. paterfamilias. & .C. de condit. inſer. l. pe.

b *Viuet.* ad quod eſt .s. eo l. à teſtatore.

c *Dãtem.* & ſic pro dimidia conditionẽ implentẽ. Sed cõtra .s. e. l. qui duobꝰ. Sol. hic alter deceſſerat qui alterius coheres nõ fuerat: quod ibi fuit. & facit .s. de an. le. l. Seio amico. & .s. e. l. cui fundus.

d *Conſecuturum.* ergo defecit legatum pro parte propter defectum condit. vt not. .s. eo. l. in teſtamento.

e *Non poteſt.* de verborum rigore. Accurſius.

f *Dediſſent.* in prædictam cauſam vel aliam.

g *Alteri.* conſtrue, alteri legatũ debeatur dãdo &c. & hic debeatur ꝓ ſua parte: vt .s. e. l. cui fũdus. & facit .s. de reli. l. at ſi quis. §. funeris.

h *Legatum.* pro ſua parte.

i *Priſcus reſpon.* licet non bene.

k *Æſtimandum.* arbitrio iudicis qui dicet ſtatuliberũ venire ad patronum ſi eſt nobilis & magna perſona patroni: vel eſt à remotis, licet non abſit cauſa reipublicæ, vt dixit Priſcus: vel an tutè poſſit ire ad eum: arg. C. de condit. inſer. l. fina.

CVm filius.] CASVS. Inſtitui filiũ meum mihi heredem, & rogaui eum vt ſi decederet antequã poſſet res ſuas adminiſtrare, reſtitueret Titio hereditatẽ meam: & deceſſi. & poſtea dictus meus filius egreſſus fuit .xx. annos, non tamen peruenit ad .xxv. nunquid Titius dictum fideicõmiſſum habebit? Et dicitur quòd ſic. antequã enim ſit .xxv. annorum, non dicitur poſſe res ſuas adminiſtrare, quin in integrũ reſtituatur ſi lędatur. Viuianus.

l *Poſſet.* i. ætatis legitimę foret. ad quod eſt .s. de mino. l. j. in fi.

m *Deceſſiſſet.* nõ tamen habebat .xxv. an. ſed forte impetrauit veniã ętatis: qđ hic nõ prodeſt: vt C. de his qui ve. æta. impe. l. ſi ſecundum. Azo.

AD LEGEM FALCIDIAM. TITVLVS II.

Legata relinqui poſſunt vſq; ad tres partes ex quatuor partibus bonorũ: & quatenus vltra heres grauatus eſſet, reſecaret ex prouiſione legis Falcidiæ: quia quarta D apud heredem remanere debet. h. d. vſq; ad. §. lex Falcidia. Alex.

I. PAVLVS *libro ſingulari ad legem Falcidiam.*

AD LEGEM Falcidiam.

*Superioribus libris & titulis dixit de legatis quæ defalcantur per legem Falcidiam: ideo de ea dicit.*

*Donationibus modũ impoſuit lex Cincia, Dotibus lex Papia, Manumiſſionibus lex Caninia, Legatis & mortis cauſa donationibus lex Furia primũ, deinde lex Voconia & ad extremum lex Falcidia legatis præſcripſit modũ dodrantis, qui ciuilis modus dicitur à Cornelio Tacito. Sed cõſtitutione Seueri lex Falcidia porrigitur etiam ad donationes cauſa mortis, & S. C. Pegaſiano ad fideicõmiſſa teſtamento relicta, & Conſtitutione D. Pij ad fideicõmiſſa relicta ab inteſtato. Opus fuit ſpeciali lege, quia lex Falcidia eſt cõtra voluntatẽ teſtatoris (minuit enim legata quæ teſtator integra præſtari voluit) ideóque interpretatione prudentũ nõ potuit porrigi ad alia, nec hodie porrigetur ad mortis cauſa capiones ſine lege. Eſt autem hæc lex valde à Iuſtiniano reciſa. nã omiſſo inuentario ceſſat, & à teſtatore prohiberi poteſt, & dodrans mutatus eſt in beſſem vel ſemiſſẽ inſtitutis liberis & ſimilibus qui de inofficioſa agere poſſunt, non etiã extraneis. placet enim magis Occidentaliũ opinio, ne modus à Iuſtiniano dictus porrigatur ad extraneos, quia Nouella Iuſtiniani minuuntur legata plus quã lege Falcidia, cõtra voluntatẽ teſtatoris, & ideo melius eſt nõ diffundi eam Nouellã in omnes. eadémq; ratione nõ eſſe recipiendã opinor opinionẽ eorum qui filio rogato hereditatẽ reſtituere ſemiſſem attribuunt. quo enim magis auges portionẽ heredis, eo magis recedis à voluntate. At prohiberi videtur etiã Falcidia in. l. penult. §. penulti. De leg. 3. his verbis, Huic quoque omnia integra. quia ſcilicet ne ex vno vel altero legato deduceretur caueri poterat olim. l. 64. 88. §. 1. & in totum prohibitam nonnunquã princeps detrahi non ſinebat. l. ſi legatus. §. E vltim. Ad Treb. De continuatione quid dicam fruſtra? titulus eſt de modo legatorum. ipſa igitur ſe ſatis oſtendit. Cuiacius.*

†Rationis redditio an officio iudicis vel quo iure petatur, vide in. l. 1. §. officio. & ibi Nico. de Neapo. .s. de tu. & ra. diſtrah. & ibidem facit Bar. longam diſtictionẽ.

SI heres inſtitutus eam hereditatem quæ ſoluendo non eſt, vendiderit: vix [e] quidem poterit perſuaderi non fuiſſe eam hereditatem ſoluendo, quæ emptorem inuenerit: vera autem ratione nihil legatariis debebitur: quia magis ex ſtultitia [f] emptoris habere videtur heres inſtitutus, quàm ex bonis defuncti. Nam & econtrario ſi malè vendiderit res hereditarias, non erit hoc legatariorum detrimentum. Ita ergo commodum [g] debet eſſe heredis, ſi bene res adminiſtrauerit. Sed & ſi is qui ſoluendo non eſt, legauerit, & heres cum creditoribus deciderit [h] ne ſolidum ſolueret, & ob eam deciſionem factum ſit vt aliquid retineret: nihil tamẽ legatariis debiturum, quia eam pecuniam non ex hereditate, ſed ex deciſione [i] habet.

Paria ſunt relinquere decem annua reipublicæ, vel relinquere ſolum triginta ſemel tãtùm quo ad imponendam rationem legis Falcidiæ. Alexander.

Item ſi reipublicæ [k] in annos ſingulos legatum ſit: cum de lege Falcidia quæratur, Marcellus putat tantum videri legatum, quãtum ſufficiat ſorti [l] ad vſuras triẽtes eius ſummæ quæ legata eſt, colligendas. [m] †

Poteſt quis cauſam dominij ſibi mutare noua cauſa extrinſecus ſuperueniente. Bartol.

IIII. PAPINIANVS *libro ſextodecimo Quæſtionum.*

FVndo legato mihi ſub conditione, pendente legati condi-

Funeris impenſa & monumenti differunt.

a *Eo nomine.* Not. differentiam inter funeris impenſam, & monumenti: vt prima deducatur: vt hic, & ſupra de inoffic. teſta. l. Papinianus. §. quarta autem. & inſtit. eo. §. cum autem. & licet dicat hic quanta eſt facta: dic tamen quòd non vltra voluntatem defuncti, ſed minus quandoque inſpecta dignitate & facultatibus. quæ dic vt. ſ. de relig. l. at ſi quis. §. æquum. Sed quidã dicunt etiã plus, ſi parũ taxauit, argu. j. de verb. ſignifi. l. cum in teſtamẽto. In ſecũda ſcilicet monumenti, dixit Sabinus deducẽdum, Marcellus quòd nõ deducitur vt æs alienum, vel expẽſa, vel ad hoc legata, vt hic. Et ſi quæras quãta ſunt faciẽda: dic aut teſtator taxauit, & tunc minus, nõ plus[a] poteſt expẽdere heres vel in legato dare in præiudicium legatariorum: minus autem ſic, vt dixi. & in funere: vt. ſ. de peti. here. l. hereditas. §. j. & de neg. geſtis. l. qui alienã. §. libertos. & de religio. l. at ſi quis. §. æquum. Sed cõtra in vtroque infra de verb. ſignifi. l. cum in teſtamẽto. vbi plꝰ poteſt, non minus.[a] Sol. vt ibi. Aut non, & tunc minus quàm poteſt debet expẽdi: vt. j. l. proxi. & ſemper deducitur Falcidia. Sed nonne expẽſa monumẽti eſt funeris? Reſpõ. ſic, ſi non habet ſepulchrum vbi humetur & tunc eſt vt æs alienũ. ſi autẽ habet tunc non. & ſic intelligitur. infra. l. proxi. & ſecũdum hoc corrigitur Sabinus per Marcellũ in monumẽto. Sed alij diſtinguunt: ſit neceſſaria expenſa monumenti: vt tunc bene dixerit Sabinus. an non: & tunc Marcellus. quod poteſt eſſe verum ſi adeo fuit neceſſaria, vt ſine ea humari non potuerit. & ſic poteſt dici etiam funeris impenſa.

† Plato dialog. 12. de leg.

a] Dic quòd in præiudicium ſuum poteſt plus expendere, non in legatariorum. Bar. Ang. & Vin.

b *Conſumptum.* iuſſit expendi. x. ſed. v. tantum impẽdit vel parcitate, vel quia modum teſtator exceſſerat: & ita in præiudicium legatariorum non plus deducitur. nec ob. j. de verbo. ſign. l. cum in teſtamẽto. vt ibi dixi. Item nec ob. ſ. de peti. here. l. hereditas. vbi etiã ſi exceſſerat teſtator probabilem modum, quòd repetet: quia hic minus, ibi plus. Vel dic vt ibi. ADDITIO. Dic quòd illa lex loquitur in caſu diuerſo, ſcilicet an detur actio nego. geſt. extraneo pro pecunia per eum conſumpta, ſecundum Bart.

c *Paſſurum.* in totum, vel ſecundum alios in eo quod non eſt neceſſarium, vel ſecundum iſtos nõ detrahitur in. l. ſeq. cum ibi modicum, & ſic neceſſarium. ſed certe modicum poteſt eſſe non neceſſarium ſi aliàs habeat ſepulchrum. Accurſius.

d *NEc amplius. Ad ſpeciem.* tunc ergo non habet locum Falcidia, quia neceſſario eſt factum. Sed contra ſupra. l. proxi. in fin. Reſpon, imò poteſt eſſe quòd non neceſſario fiat hæc modica ſpecies monumenti, ſi ſepulchrum aliud erat teſtatoris, in quo potuit inferri vel ſepeliri. Accurſius.

SI *heres inſtitutus.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & ab eo tot legata reliqui, quòd ſolutis legatis non remaneret heredi quarta: vnde heres poterat detrahere quartam de legatis. & deceſſi. poſtea dictus heres vendidit hereditatem meam, & inuenit ita ſtultum emptorem, quòd ipſe emptor dedit ei tantum nomine pretij, quòd bene, ſi vult, poteſt ſoluere integra legata, & tantum ſibi retinere, quod facit quartam hereditatis. nunc legatarij petunt ab eo integra legata. nunquid tenetur eis ſoluere integra? Et dicitur quòd nihil legatario vel legatariis debebitur de illo quo plus vendidit heres hereditatem quàm valeret: quia illud plus magis videtur heres habere ex ſtultitia emptoris, quàm ex bonis defuncti. Nam & econuerſo ſi male vendiderit heres res hereditarias, non erit damnum legatariorum, imò ſuum. ita ergo commodum debet facere heres ſi bene res adminiſtrauerit vendendo eas vt dictum eſt: & non ſi male. Sed pone retento eodem caſu, quòd ego teſtator non eram ſoluendo quantum ad creditores meos: & heres meus prædictus trãſegit cum creditoribus ne ſolueret eis ſolidum, imò partem debiti retineret. nũquid de illa parte quã retinuit ex tranſactione, debebit aliquid legatariis? Et dicitur ꝙ non: quia eam pecuniã habet ex tranſactione, & non ex hereditate. Viuianus.

e *Vix.* id eſt nullo modo ſic ſupra ad Velleianum. l. tutor. in princip. vel vix, id eſt cum difficultate. ſic ſupra de iudici. l. vix. & eſt ſic, quia nec heredẽ inuenit hereditas non ſoluendo: vt infra de bonis libertorũ. l. libertus qui ſoluendo non. ſic ſupra de legatis. ij. l. cum pater filios. §. Mæuio debitori. Accurſius.

f *Stultitia.* ſic infra ad Trebel. l. debitor. in fi.

g *Commodum.* ſic. C. de allu. l. fina. & . C. depoſi. l. fina. & infra eodẽ. l. in quantitate. circa princi. Accurſius.

h *Deciderit.* id eſt tranſegerit.

i *Deciſione.* id eſt tranſactiõe. & ſic de ſua negotiatione magis, vel alterius ſtultitia. ſic. C. arbi. tut. l. iiij. & . d. l. debitor. j. ad Trebel. & . ſ. de here. ven. l. venditor ex. in medio. l. & . ſ. de tranſact. l. imperatores. in fi. ſecũdum vnum intellectum. eſt tamen melior ratio quàm hic reddat, quia tempore mortis inſpicitur patrimonij quantitas: vt. j. eo. l. in quantitate.

† ſcholion Græcum Ioannis antiqui Græci interpretis pete adhũc locum ex præfatione Viglij in Theophili editionem Græcã quo hic locus à nemine Latinorum interpretũ intellectus mirum in modum illuſtratur: vide etiã Ant. Aug. li. 2. c. 10. Cõt.

k *Item ſi reipublicæ.* Titius. x. annua reipublicæ reliquit vel in perpetuum, vel ſimpliciter, quod intelligitur in perpetuum: vt ſupra de ann. leg. annum. in fi. Quæritur qualiter Falcidia detrahitur? Et reſpon. tantum videri legatum, quantum ſufficit ſorti eius ſummæ quæ legata eſt, ſi colligamus trientes vſuras cuiuſdam quantitatis maioris in triplum quàm ea quæ legata eſt, vtputa legata ſunt. x. perinde habetur ac ſi. xxx. eſſent relicta: quę triginia ad vſuras triẽtes facerent in anno. x. & ſic ſunt hæc paria quo ad Falc. xxx. & . x. annua. ſed videtur fieri aliter computatio: vt infra eo. l. cum Titio. Solu. ſecus eſt in priuato quàm in repub. Item contra infra eod. l. hereditatum. in fine ſecundi reſpon. Sed hic quantitas ſingulis annis, ibi vſusfructus. Vel aliter poteſt fieri computatio vt ibi dicitur,[b] & poteſt fieri vt hic dicitur. Poteſt & ſecundo[c] hic poni cenſus, puta: legata fuerunt reipublicæ. x. ſingulis annis vſque ad triennium. & quæritur de Falcidia. & reſpon. quantum ſi. xxx. eſſent legata. nam & . xxx. annis ſingulis recolliguntur. x. ad trientes vſuras. Accurſius.

b] Diſplicet Alexand. & Vin.

c] Iſta lectura nõ habet dubiũ ſecũdum Paul. nec cõgruit text. Alex. & Vin. licet placeat Petro de Buxio.

l *ſorti.* id eſt cuidem quantitati puta. xxx. ſufficienti ad colligendas ſingulis annis vſuras trientes eius ſummæ, id eſt tantæ quantitatis quæ legata eſt. Item nunquid ex legato primi anni detrahetur totum? ADDITIO. Dic quòd non, ſecũdum Raph. Cuma. Imo. Alexand. & Vincen.

m *Colligendas.* id eſt colligamus trientes vſuras eius ſummæ purè relictæ quæ ter tantum contineat quàm illa quæ in annos ſingulos relicta eſt.

F*Vndo legato.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seium, & legauit mihi fundum ſub conditione, & deceſſit: & Seius adiuit hereditatem ſuam. poſtea pendente conditione dicti legati dictus Seius heres Titij fecit teſtamentum, in quo inſtituit me

heredem:& à me quibuſdam multa legata teliquit etiam vltra dodrantem, ita quod habere debet locum Falci.in teſtamento ſuo.& A deceſſit dictus Seius,& poſtea extitit conditio dicti legati mihi à Titio relicti,non in ratione legis Falcidiæ. quæritur, nunquid dictus fundus mihi per Titium ſub conditione legatus intelligatur eſſe meus iure legati,an verò iure hereditario,qua ſi habeam cum à Seio herede, & non à Titio primo teſtatore?Et dicitur quòd intelligitur eſſe meus iure legati mihi à Titio relicti, nam poteſt eſſe fundus prædictus meus ex cauſa legati: quia extitit conditio legati,vt dicit litera: & ex quo habeo ex cauſa legati dominium eius, non poſſum habere iure hereditario. nam alicuius rei dominium ex pluribus cauſis habere nõ poſſum. ſi ergo meꝰ dictus fundꝰ eſt ex cauſa legati. detrahetur vt æs alienum de hereditate heredis qui me inſtituit: & ſic in ratione legis Falcidiæ non proderit legatariis quibus ipſe heres Titij legauit.ſi autem iudicaretur me habere dictum fundum iure hereditario quaſi ex hereditate heredis,bene prodeſſet dictis legatariis. Viuianus.

tione heres me heredem inſtituit ac poſtea legati conditio extitit. in Falcidiæ ratione [a] fundus non iure hereditario ſed legati meus eſſe intelligitur. [b]

Non vitiatur res ſi venit in eum caſum in quẽ nõ potuit inchoari, ſi caſus ſuperueniens tendit ad eundem effectum cum primo. Bartolus.

B

V. IDEM *libro octauo Reſponſorum.*

VErbis legati vel fideicommiſſi non neceſſariè [c] ciuitati relinquitur quod ex cauſa pollicitationis præſtari neceſſe eſt. [d] Itaque ſi debiti modum teſtamento dominus exceſſerit,ſuperfluum [e] duntaxat Falcidia minuetur: quare nec fidei cõmitti legatarij poterit. [f] Quòd ſi dies aut conditio legatum fecerit, [g] nõ vtilitatis æſtimatio, ſed totũ petetur quod datũ eſt: [h] nec ſi viuo teſtatore dies venerit, aut cõditio fuerit impleta,fiet irritũ [i] quod ſemel cõpetit.

VI. VENVLEIVS *libro tertiodecimo Stipulationum.*

SI vir [k] vxori heres extiterit, & in funus eius impenderit, non videbitur totum quaſi he-

a *Ratione.* per me detrahenda.Accurſius.

b *Intelligitur.*ſed quare non ex vtraque cauſa eſt meus?Reſpõ.quia non poſſum eſſe dominus ex pluribus cauſis: vt infra de reg.iur.l. non vt ex pluribus,licet poſſidere ſic:vt.ĩ.de acquir.poſſeſ. l.iij.§.ex pluribus.detraham ergo hunc fundum vt æs alienum: vt.C.de bo. aucto.iudi.poſſ.l.j.& ĩ.e.l.in ratione.§.quod vulgo.Item not.mutari mihi cauſam dominij:quia primo eram dominus ex pura inſtitutione,poſtea ex legato purificato. ſic.s̃.de hered.inſti.l.iij.§.qui fideicommiſſariam.& fit hoc extrinſeca [a] cauſa ſuperueniente:aliàs nõ poſſem,ſicut nec in poſſeſſione:vt infra de acqui.poſſeſ.l.iij.§.illud. Sed contra.huic.s̃.de act.emp.l. cui res.vbi non habeo ex cauſa legati cum eſt mihi legatum in euentum conditionis ſi medio tempore emi.Sed dic ibi.non habeo.i. videor non habere niſi repetam pretium:veruntamen habeo ex cauſa legati:& ideo non ago actione ex teſtamento, à qua eſt liberatus heres: ſed actione exempto, quaſi non tradiderit,& quaſi egomet mihi euicerim. Sed huic reſponſioni obſtat ſupra de leg.j.l. plane quod ſi rem. vbi dicit quod ad pretium competit actio ex teſtamento.Sed ibi non ab herede emi,ſed ab extraneo cuius erat:& ideo peto pretium ab herede qui non eſt liberatus:vt inſt.de leg.§.ſi res aliena.& facit.s̃.de leg.j.l. huiuſmodi.§.qui ſeruum in prin.Sed in fine cõtradicit ibi,quòd ſi iudicio,&c.vbi agitur ex teſtamento ad pretium.Sed & ibi dicas [b] ꝙ emi ab extraneo: licet ſuperior pars.§. loquatur cum emi ab herede.& facit ſupra tit.j.l.ſi fundum. & ſupra de leg. j.l.ſi fundum. in prin.& l.ſi mihi Sempronius,& infra eod.l.ſi à me tibi.& l.cum dotem.& l.ſed ſi vſusfructus.§.j.

a] Et vetuſtiore:aliàs ſecus. Pau.

b] Hæc violat text.& diſplicet Bart, Ang. Alexã. & Vincen.

VErbis legati.] CASVS. Titius pollicitus fuit reip.x.ex aliqua iuſta cauſa,puta ob honorem,vel ſimilem cauſam,vel ſine cauſa pollicitus eſt: incepit tamen facere quod pollicitus eſt, & ſic bene tenetur dictæ reip.vt infra de polli.l.j.§.j. fecit poſtea dictus Titius teſtamentum,& inſtituit ſibi heredem Seium,& legauit & per fideicommiſſum reliquit dictæ reipub.dicta.x. quæ ei ex pollicitatione debebat, & multa alia legata quibuſdam reliquit, & poſtea deceſſit dictus Titius teſtator.nunc Seius heres trahens cum legatariis rationem Falcidiæ vult etiam de dictis decem detrahere Falcid.reip.nunquid poteſt?Et dicitur quod non:quia reſpu.nõ debet habere dicta.x.ex legato,ſed ex pollicitatione:quia legatum nõ valet,eo quòd nullum commodum conſequitur reſpu.propter dictũ legatum.ſecus ſi reſpu.conſequeretur commodum propter legatũ quia tunc valeret legatum,& de commodo detraheretur Falcidia. itaque ſi debiti modum teſtamento dictus teſtator exceſſit, puta quia legauit reipub.xv.cum ex cauſa pollicitationis prius factæ deberet decem;tantum in quinque valebit legatum, & de quinque detrahetur Falcidia, & propter dicta quinque ſuperflua potuiſſet teſtator relinquere fideicommiſſum alij à dicta repub.quia in quinque videtur honorata reſp.per teſtatorem.&in dictis quinque grauari poteſt per eundem teſtatorem.Sed & ſi teſtator debebat reip. decem in diem,vel ſub conditione, & illud legauit ei pure,& ſic dies aut cõditio fecit vtile legatum:certè in hoc caſu non petet reſpublica actione ex teſtamẽto vtilitatem tãtum repreſentationis factæ per legatum, ſicut in ſuperiori caſu petitur tantum ſuperfluum debiti,imò petetur hic totum creditum factum purum per legatũ: ſemper tamen dico quòd de ſolo commodo detrahetur Falcidia etiam in hoc caſu: vt ſupra eo.l.j.§.ſi quis. Sed pone quòd cõditio dicti crediti vel dies venit viuo dicto teſtatore, eodẽque debitore qui illud debitum pure legauit, & ſic peruenit legatum ad eum caſum à quo incipere non poterat.certe non conſtituitur propter hoc irritum dictum legatum.nam à principio valuit cum relictum fuit. quod autẽ ab eo caſu incipere non potuerit,dicit principiũ huius.l. Viuianus.

c *Non neceſſario.* i. non vtiliter.Accurſius.

d *Neceſſe eſt.* quod eſt quando cum cauſa,puta ob honorem, vel etiã ſine cauſa, ſed incepit: vt infra de pollici.l.j.in princip.

e *Superfluum duntaxat.* vt no.s̃.eo.l,j.§.ſi creditori.

f *Poterit.* in eo quod erat debitum: in eo quod eſt vltra.ſic:vt dixi. s̃.eo.l j.§.ſi creditori.Accurſius.

g *Fecerit.* vtile,ſub. quia debitum erat in diem vel ſub conditione: vt.s̃.de leg.j.l.ſi creditori.& l.ſeq.Accurſius.

C h *Datum eſt.* i.relictum.& petetur ex cauſa legati.Accurſius.

i *Irritum.* imò fiet vtile:vt.s̃.de lega.ij.l.debitor.ij.reſpon.Sed expone vt ibi.i.ſine commodo:valet tamen,& actione ex teſtamẽto peti poterit:vt hic,& inſti.de lega. §. ſi quis debitori.verſi.poteſt. Vel illud eſt ius vetus:ſed hic & inſtit.eo.eſt ius nouum. Vel ibi recitat [c] quorundam opiniones,quæ hic & inſtitu.reprobantur.Item no. quòd non vitiatur beneficium ex ſuperuenienti caſu [d]. Sed argu. conrra ſupra de iis quæ pro non ſcrip.haben.l.iij.& ad leg.Aquil.l. quia in eum. ADDITIO. Dic quòd hic caſus ſuperueniens tendit ad eundem effectum cum primo,ibi verò ſecus.Barto.Pau.Alexan. & Vincen.

c] Iſta duo diſplicẽt Alexan.& Vincen.

d] Beneficiũ ex ſuperuenienti caſu non vitiatur nec eſt anguſtandum beneficium iuris.Cardin. in Cle.I de re.permu. Spe.in titu. de iudi.de leg.§.ſequitur videre. verſicu.ſed nunquid.

SI vir vxori.] CASVS. Titia nupſit Seio, & dedit ei in dotem centum,& fecerunt ſimul pactum quòd ſi mulier prædecederet vir lucraretur dictam dotem.poſtea mulier fecit teſtamentũ,& inſtituit ſibi heredem dictum ſuum virum.habebat enim mulier alia præter dotem, & ab eo reliquit quibuſdam multa, & deceſſit poſtea dicta mulier,& vir idẽmque heres expendit.c.in funus eius.poſtea contrahit rationem Falcidiæ cũ legatariis.dicit idem vir ſe velle detrahere vt æs alienum dicta.c.quia funeris impẽſa ſolet deduci vt æs alienum:vt.s̃.eo.l.j.in fi. Quæritur, nunquid poſſit integra dicta centum deducere?Et dicitur quòd non:quia non videtur impendere tota.c.quaſi heres,imò partem quaſi heres.& illam deducet,& aliam partem de ſuo proprio propter dotem quã lucratus eſt ex pacto,& illam non deducet.nam cum mulier decedit, funerãda eſt pro portione rata ex dote quæ pœnes virum remanet,& ex cæteris bonis mulieris.vnde ſi in dote fuerunt centum, vt dictum eſt, in hereditate autem ducenta: duas partes ſumptus funeris inferet vir prædictus vt heres, & tertiam de ſuo proprio pro dote: vt.s̃.de relig.l.Celſus.& l.ſeq.& hic. Viuianus.

k *Si vir.* Berta dedit.c.in dotem ſub pacto quod vir lucretur dimidiam.hæc deceſſit,& xx.in funus eius impendit vir.certe.x.de ſuo, & ſic non de hereditate,alia x. videntur de hereditate impenſa: vt ſupra de relig.l.Celſus.& l.ſeq, cum ergo contra legatarios deducit Falc.ſecunda.x.quæ impendit vt heres,deducit vt æs alienum:vt ſupra eo.l.j.in fi.nam de primis non eſt quæſtio: quia non ſunt de hereditate mulieris [e]. ſed cum vir impendit decem pro ſe, & decem de hereditate:in quam cauſam videtur primo impendiſſe?Videtur in vtramque pro rata impendiſſe,cum nulla ſit antiquior: vt infra de ſolu.l.illud.Vel verius primo in eo quod ſuo nomine:vt.e.ti.l.& magis.& C.de do.promiſſ.l.ſi.Et not.quòd qui impendit in funerãdo,non ob hoc ipſum videtur gerere pro herede:vt ſupra de relig. at ſi quis.§.plerique.& ſupra de acquir.hered.l.pro herede. niſi forte qualitas perſonarum aliud inducat?vt ibi no.nec ob.quod hic dicit quòd videtur impendere quaſi heres id tantum quãtum de hereditate impendendum erat:quoniam hic conſtabat eum eſſe heredem,& iam geſſiſſe pro herede: ſed dubitabatur an totam impenſam feciſſet vt de hereditate, an partem ex dote quam lucrifecerat. & ſic ſunt ex ſuo proprio.Accurſius.

e] Prima pars gloſ.eſt de mente P. Alexan.& Vincen.

*Conferre.*

a *Conferre*. id eſt impendere, quod erat decem.

L*ege Falcidia*.] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & legaui Seio ſeruitutem eundi per fundum meum, & quibuſdã aliis multa alia legata reliqui, & deceſſi. nunc quæritur, qualiter de dicta ſeruitute debeat detrahi Falcidia. & certè cum diuidi nõ poſſit, debet heres eam præſtare integrã Seio legatario, & legatarius debet offerre heredi partẽ æſtimationis ſeruitutis eiuſdem ſcilicet tantam quãtam amplius cepiſſe videtur legatari⁹ quàm liceat ei capere per Falcidiam, id eſt quartam: vt & .s̃. de lega. ij. l. cùm filius. in prin. & nõ aliter legatario præſtabit heres integram ſeruitutẽ prędictam, quàm ſi ipſe legatarius præſtet ei dictam æſtimationis partem. Viuianus.

b *ſeruitus*. realis vel pſonalis, excepto vſufructu ſolo: vt. s̃. eod. l. j. §. ſi vſusfructus.

c *Reſtituetur*. i. præſtabitur legatario. & hoc oppoſita exceptiõe doli: vt. j̃. de excep. do. l. pure. §. j. Accurſius.

d *Niſi partis*. i. pars æſtimationis. ſic. C. cõmuni diui. l. j. & .s̃. de lega. j. l. cùm filius. in principio. pars enim ſeruitutis nulla eſt. ſed ſecus eſt in libertate, quæ Falcidiam non patitur: vt ſupra de inoffic. teſta. l. Papinianus. §. quarta autem. & d. l. cum filius. Accurſius.

res impendere: ſed deducto eo quod quaſi dotis nomine, quam lucrifacit, conferre [a] debuerit.

Si legatur indiuiduum, & imminet Falcidia, debet æſtimari: & de eius æſtimatione Falcidia detrahi. hoc dicit. Alexan.

VII. PAPINIANVS *libro ſeptimo Quæſtionum*.

LEge Falcidia interueniente legata ſeruitus, [b] quoniã diuidi non poteſt, non aliter in ſolidum reſtituetur, [c] niſi partis [d] offeratur æſtimatio. B

VIII. IDEM *libro quartodecimo Quæſtionum*.

IN legem Falcidiã æris alieni rationem in hereditate relicti, quod [e] vnus ex heredibus ſoluere dãnat⁹ ſit, ipſe ſolus [f] habebit.

Fructus pendẽtes dicũtur pars rei, & ipſam reddunt pretioſiorẽ. ſecus in partu exiſtente in vẽtre. Bartolus. C

I*N Falcidia*.] CASVS. Inſtitui mihi heredes Titium & Seium, & multa legata ab eis reliqui, & damnaui Titium quòd ipſe ſolus ſolueret Gaio centum quæ ego ei debebam, & deceſſi. nunc Titius & Seius heredes detrahunt rationem Falcidiæ cum legatariis, & Seius vult ita bene deducere medietatem de dictis. c. tanquam æs alienum, ac ſi ipſe eſſet damnatus ſoluere. nunquid poteſt? Et dicitur quòd non: imò ſolus Titius damnatus deducet integra dicta. c. de ſua parte. nam quilibet eorum eſt heres pro dimidia, & quilibet debet ſoluere medietatem legatorum, & Titius debet ſoluere integra dicta. c. creditori. vnde ipſe ſolus ea deducere debet de ſua parte. Viuianus. D

e *Quod*. ſcilicet totum.

f *Ipſe ſolus*. id eſt ipſe ſolus tenetur creditoribus: quod falſum eſt: vt. C. ſi cer. pet. l. j. & inſtitu. de fideicom. here. §. ſed illud intereſt. Vel dic, id eſt ſolus deducet totum, & de tota hereditate, non tantum de ſua parte. imò certè ſecundum Hug. de ſua parte tantum: quia teſtator damnauit eum in hoc. vnde cum in ſingulis heredibus ratio legis Falcidiæ imponitur: vt. j̃. eo. l. in ſingulis. & inſtit. eo. §. & cum quæſitum. & . §. cum autem. ipſe ſolus detrahet: quia ipſe ſoluere debet, non coheres. licèt enim ambo poſſint conueniri, tamen agit alter actione ex teſtamento contra hunc non ſoluẽtem: vt ſupra de lega. j. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. & de lega. ij. l. cum ab vno. licèt lex illa videatur aliquantulum obſtare. Sed expone vt ibi no. [a] & facit. s̃. fami. erciſ. l. his. §. ſed & cum monumentum. & . l. ſi filia. §. Papinianus. [e] & . §. idem Papinianus. ſed an de hoc quod legatur coheredi, fiat illa detractio? quod videtur, vt dicto. §. Papinianus. Accurſius. E

a] Dic quòd ibi eſt ſpeciale fauore dotis. Bart. Alexan. & Vincen.

b] Alias eſt lex, ſi vni.

I*N lege Falcidia*.] CASVS. Titius ſeminauit fundũ ſuum, & poſtea fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem Seium, & multa legata ab eo quibuſdã reliquit, & poſtea deceſſit & tẽpore mortis ſuæ fructus dicti fundi erãt maturi, & poſtea heres percepit eos fructus. nunc volũt legatarij ꝙ dicti fructus augeant hereditatem, ita ꝙ ipſi maiora legata percipiant non obſtante Falcidia. nunquid debent cõputari in hereditate? Et dicitur ꝙ ſic. ſecus eſt in ventre ancillæ: quia ille nunquam auget hereditatẽ. & eſt ratio: quia partus nondum editus non rectè dicitur fuiſſe homo: fructus autem pendentes & maturi tempore mortis teſtatoris dicuntur eſſe pars ipſius fundi in quo pendent. Viuianus.

g *Mortis tempore*. ſubaudi, maximè. Sed contra. j̃. eo. l. in ratione. ij. in. ij. reſpon. vbi dicit fructus non augere hereditatem. Solu. hîc erant ſati tempore mortis, & ſic pars rei: & ſic auxilio terrę pretioſioris augent. vt arg. s̃. de rei vindi. l. fructus. ibi no. Et eodem modo ſolue. j̃. e. l. in quãtitate. circa prin. & inſti. e. §. quantitas. Accur.

h *Diſtinctio eſt*. erat in vtero vel non tempore mortis. nam non eſt pretioſior ancilla [c] propter ventrem, ſit iam conceptus, vel nõ nec enim eius partus auget hereditatem donec in vtero [d] eſt. nec videtur pars quò ad hoc, nec quò ad vſucapionem impediẽdam propter vitium matris: vt infra de vſucapion. l. ſi aliena. §. Scæuola. ſecus tamen quo ad edictum de libe. agno. ſiue reſcriptum principum ſuper eo: vt ſupra de vent. inſpicien. l. j. §. ex hoc reſcripto. ſecus tamen quo ad eum qui emit ancillam prægnantem, qui videtur emiſſe partum tanquam eius partem: vt ſupra de lega. ij. l. ſi quod ex Pamphila. Item nõ obſtat quod videtur natus: vt ſupra de ſtatu ho. l. qui in vtero. quia nihil hic de ſuo commodo quæritur, ſed heredis & legatariorum commodo & incommodo. Item ſi quęras quando fructus computamur in quartam, dic vt. j̃. eo. l. Paulus reſpondit. §. j. & . ij. Accurſius.

c] Neq; etiã vacca propter fœtum Ang. Alexã. & Vincen.

d] Sec⁹ poſtquam fuerit editus. Alex. licet P. & Imo. ſentiãt oppoſitum.

† In vulga. editio. eſt lex. In lege Falc.

IX. IDEM *libro nonodecimo Quæſtionum*.

IN † Falcidia placuit, vt fructus poſtea percepti, qui maturi mortis tẽpore [g] fuerunt, augeant hereditatis æſtimationem fundi nomine, qui videtur illo in tempore fuiſſe pretioſior. Circa ventrẽ ancillæ nulla tẽporis admiſſa diſtinctio eſt: [h] nec immeritò: quia partus nondum editus, homo non rectè fuiſſe dicitur. *

* Itaque nõ habetur pro nato, cũ de commodo alterius agatur. l. qui in vtero. de ſtatu. homi.

X. IDEM *libro vicenſimo Quæſtionum*.

QVod [i] ſupra quadrantem apud * heredem poteſt peruenire, [k] ſupra dodrantem in pecuniam [l] * legatum [m] † non onerat [n] heredem: veluti hereditas pupilli, ſi fortè ſubſtitutus ſit exheredato [o] qui patri pupilli heres extitit. [p]

* ad heredẽ.

* pecunia.

† Quidã putant legendum, legatam.

XI. IDEM *libro vicenſimonono Quæſtionum*.

Q*Vod ſupra*.] CASVS. Filium meum impuberem exheredaui, & inſtitui heredẽ mihi Titium, & ab eo inſtituto reliqui quibuſdam legata vltra dodrantem: ita ꝙ habet locum de iure Falcidia. & poſtea dictum inſtitutum ſubſtitui dicto meo filio, quod poſſum de iure facere: vt. s̃. de vulgari ſubſtitutione. l. prima. §. ſubſtituere. & ita dictus Titius inſtitutus & ſubſtitutus ſperat habere hereditatem filij mei ex ſubſtitutione: non tamen adhuc eſt ei delata. nunquid hæc ſpes onerat eundem Titium vt tantum plus videatur habere in mea hereditate quantum eſt hereditas filij mei quam habere ſperat: vt ſic tantum minus detrahat nomine Falcidiæ de legatis à ſe relictis? & certè nõ onerat eum. & ita conſtrue literam, legatum in pecunia ſupra dodrantem nõ onerat heredem. ſubaudi, eo. i. ideo: quòd, id eſt quia ad heredẽ poteſt peruenire ſibi aliquid quod ſit ſupra dodrantem, id eſt quod ſit vltra quadrãtem quem debet habere in mea hereditate: quem quadrantẽ non reliqui ei integrum: vt. s̃. dixi, veluti hereditas &c. ſed & nominaliter poteſt poni illud verbũ, quod, in princ. l. hoc modo: Illud quod ſupra quadrantem ad heredem poteſt peruenire, non onerat heredem. & ſubaudi, cum eſt legatum ab herede inſtituto in pecunia ſupra dodrantem, veluti hereditas &c. Viuianus.

i *Quod*. id eſt quia. vel propriè. & dic, pupillum exheredaui, & extraneum inſtitui quem pupillo ſubſtitui, & primis tabulis inſtitutũ vltra dodrantem grauaui. certè non propter hoc minus detrahit Falcidia quòd habet ſpem ſubſtitutionis. Accurſius.

k *Poteſt peruenire*. id eſt poſſibile eſt: ad hoc tamen delata non eſt, vt dixi, Alij ſecundò ponunt caſum etiam quando iam delata eſt: quia iam pupillus deceſſit, ſed nondum ſubſtitutus adiit. [e] & alij dicunt, ſi pupillus fuiſſet inſtitutus. nam tunc ſtatim poteſt adiri à ſubſtituto, imò etiam ex neceſſitate debet: vt Cod. de iur. delib. l. quidam. ſolida legata præſtat non deducta Falcidia: vt infra eo ſt. l. qui fundum. §. qui filium. & . §. ſequen. quæ poſitio ſatis placet. Accurſius.

e] Idem ſi adiuerit ſecundũ Pau. & Vincen.

l *In pecuniam*. ſecus ſi non eſt pecuniarium: vt libertas quæ grauat heredem, vt Falcidiam non detrahat: vt. s̃. de inoffic. teſta. l. Papinianus. §. quarta autem. Accurſius.

m *Legatum*. in primis tabulis, ſecus ſi in ſecundis: vt. j̃. l. proxi. §. penul. & vlti.

n *Non onerat*. quin detrahat Falcidiam.

o *Exheredato*. pupillo. Accurſius.

p *Extitit*. nam idem fuit patri inſtitutus, & pupillo exheredato ſubſtitutus. Accurſius.

I*N ratione*.] Ita ponas hîc exemplum ſiue caſum: Inſtitui mihi heredem Titium, & ſeruo meo Sticho legaui centum ſine libertate, & multa alia legate quibuſdam reliqui, & deceſſi. Certè

IN ratione legis Falcidiæ retẽtiones [a] omnis temporis heredi in quadrantem imputantur.

Illud quod ſi extaret, non æſtimaretur: heredi non imputatur. alias ſecus, etiam ſi eſt peremptũ. Bartolus.

Si ſeruus ſub conditione libertate data, vita deceſſit: ſi quidem impleta conditio quandoq; fuerit, heredi non videbitur periſſe. Quòd ſi defecerit, in contrarium ratio trahit: [b] ſed quanti ſtatuliber moriens fuiſſe videbitur. [c]

Ex facto quod trahit originem teſtatore viuente, non computatur in quartam. Bartolus.

Imperator [d] Marcus Antoninus decreuit † heredes quibus pars bonorum ablata eſt, non in ampliorem partem quàm pro ea parte quę relicta eſt, [e] legatorum nomine teneri. Cùm quidam parte dimidia bonorum adempta [f] fuiſſet relegatus, idémque prouocatione interpoſita, teſtamento poſtea facto [g] obiſſet, atque poſt mortem eius non iuſtè appellatum eſſet pronuntiatum: quæſitum eſt, vtrum æris alieni loco pars dimidia abſcederet, [h] vt reſidua ſola videretur fuiſſe in bonis, an verò [i] ſuccurri heredi neceſſarium eſſe videbitur. B Sed videtur ſuccurri debere, cùm animus litigantis, & obtinendi votum hanc opinionem admittit.

Res perempta non æſtimatur, quæ ſi exſtaret, non æſtimaretur. Bartolus.

Si ſeruus teſtamento manumiſſus, [k] ante aditam hereditatem decedat: heredi quidem periſſe intellegitur. Sed cuius [l] pretij erit, qui ſi viueret, [m] non æſtimaretur? Nam C & eos qui moriente domino ea valetudine affecti fuerant, vt eos non poſſe viuere certum eſſet, viuos tamen...

†Aliàs incipit hic §. heredes. & ſecundum illum intellectum ponit hîc. d e Viui. caſum.

dictum legatum quod reliqui ſeruo meo, non valuit: vt ſupra de lega. j. l. planè. j. §. ſi coniuncti. ſecundo reſponſo. vnde heres apud ſe retinet illud legatum, & ſibi debet in Falcidiã imputare, vt proſit aliis legatariis. & idem eſt in omnibus aliis retentionibus quas fecit heres de quibuſdam legatis à ſe relictis, & ea non præſtat legatariis quibuſdã propter aliquam iuſtã cauſam, & ſibi retinet: & ideò dicit litera, retentiones omnis temporis &c. quia ſiue à principio nõ valeat legatum, vt dictum eſt, ſiue valeat, ſed ex accidenti factum eſt inutile, ſemper heres ſibi retinet, & imputat ſibi in Falcidiam: vt hic, & infra eod. l. nõ eſt dubiũ. & l. ſequenti. [SI SERVVS.] Inſtitui mihi heredem Titium, & reliqui Sticho ſeruo meo libertatẽ ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit vſq; ad annum: & multa alia legata quibuſdã reliqui, & deceſſi: & Titius adiuit hereditatem meam & poſtea antè impletã conditionem libertatis deceſſit dictus Stichus. Certè ſi impleta fuerit poſtea quandocumque cõditio prædicta libertatis, non videbitur dictus ſeruus periſſe heredi, imò legatariis: vt tanto minus videatur in hereditate fuiſſe, quantum valebat ſeruus. Si autem defecerit cõditio libertatis poſt mortem dicti ſerui, tunc ratio trahit in contrarium, ſcilicet vt heredi periſſe videatur, vt ſcilicet tantum plus videatur in hereditate habere, quantum valebat ſtatuliber tempore mortis: vt ſic aliis legatariis proſit illud. Quamuis autem ita diſtinxerim, tamen imperatores Marcus & Antoninus decreuerunt tantùm heredi periſſe ſpreta dicta diſtinctione, quanti ſtatuliber moriens fuiſſe videbitur: & ita mors dicti ſerui ſemper ſpectat ad damnum heredis ſiue hereditatis, & non ad damnum legatariorum: vt infra ea. l. §. ſi ſeruus. quæ ſolet contraria ſignari: ſed eſt concordantia ſecundũ prędicta. & ſecundum prædicta habeas. §. ibi, heredes quibus &c. Viuianus.

a Retentiones. id eſt quia non fuit legatum, & ſic remanſit vel inutiliter: vel ſi vtiliter, poſtea aliqua ratione fit inutile: vt. j. eod. l. non eſt. & l. nec intereſt. & l. ex aſſe. & l. in ratione. §. pe. & fi. & l. in quãtitate. in fin. Accurſius.

b Trahit. vt videatur heredi periſſe.

c Videbitur. ſcilicet eo caſu quo deficit conditio, & ſic ſeruatur dicta diſtinctio. Alij reprobant eam per hæc verba, in contrarium &c. quod non placet. & no. ex poſtfacto apparere quòd in præteritum fuerit: vt & ſupra de rebus dubiis. l. quædam. Sed argu. contra. s. de noxa. l. j. aliàs, ſi heres dolo. Item contra huic. j. eo. l. §. ſi ſeruus. Solu. vt ibi. ADDITIO. Dic quòd ille. §. concordat. Bart. Pau. Alexan. & Vincen.

Imperator.] CASVS. Hic. §. ponit regulam cuius poteſt poni exemplum in ſequenti. §. regula eſt talis: Heredes quibus pars bonorum ablata eſt, non tenentur nomine legatorum ab eis relictorũ E in ampliorem partem quàm pro ea quæ remanſit apud eos. Pone ergo quòd Titius commiſit delictum propter quod fuit relegatus, & in ſententia relegationis fuit ei adempta dimidia pars bonorũ ſuorum. poſtea ipſe appellauit à dicta ſententia, & appellatione pendente fecit teſtamentum, in quo inſtituit ſibi heredem Seium & multa ab eo quibuſdã legata reliquit, & poſtea deceſſit. poſtea iudex appellationis pronuntiauit eum iniuſtè appellaſſe, & ſic remauſit ſententia firma, in qua fuit ei adempta dimidia pars bonorũ. Quæſitũ ergo fuit vtrum æris alieni loco pars dimidia bonorum quæ cõtinebatur in ſententia, abſcederet de bonis, vt ſola dimidia bonorũ reſidua videatur fuiſſe in bonis, vt ſic de ea tantùm teneatur heres Titij legatariis, an videatur & verum ſit ꝙ fuerit in bonis tempore mortis dicta dimidia quæ continetur in ſententia, & ſic heres teneatur ſoluere ſolida legata mero iure: quia facta appellatione extinctum fuit pronuntiatum: vt infra ad Turpil. l. j. in fi. de æquitate autem ſuccurri ei debeat, vt non teneatur præſtaA re legata niſi pro parte quæ penes eum remanſit. Et reſpon. quòd debet ſuccurri bene heredi prædicto modo: maximè cùm hanc opinionem admittat animus dicti Titij litigantis, & votum obtinendi in litigio. eo enim animo appellauit dictus Titius teſtator à dicta ſententia cõtra ſe lata, vt vinceret, & bona ſibi in ſententia adempta remanerẽt apud heredẽ ſuum, & heres de eis bonis ſolueret legata. non autẽ ſi non vinceret, & ſic nõ remanerẽt bona penes heredẽ. [SI SERVVS.] Titius inſtituit ſibi heredem Seium, & dedit Sticho ſeruo ſuo libertatem: & multa alia legata quibuſdam reliquit, & deceſſit. poſtea dictus ſeruus deceſſit antequam heres adiret hereditatẽ, & ſic antequam eſſet liber, & poſtea heres adiuit hereditatẽ. nunc eſt quæſtio inter heredem & legatarios cui periſſe videatur dictus ſeruus, vtrum heredi, vt ſic tantùm plus videatur eſſe in hereditate, quantum valuit ſeruus, & ſic minus detrahatur legatariis nomine Falcidiæ. an verò videatur periſſe legatariis, vt tantum minus videatur eſſe in hereditate? Et dicitur quòd heredi periſſe intelligitur. Sed quantum debemus æſtimare dictum ſeruum valere? Videtur quòd nihil, & ſic ſuperior reſponſio nihil videtur valere: & eſt ratio quare videatur nihil debere æſtimari: quia etiam ſi viueret poſt aditam hereditatem, non æſtimaretur. nam eſſet liber ſi viueret. legatum enim libertis cedit ab adita hereditate, & non ante, vt dixi: & dicitur infra quãdo dies leg. ced. nam cum libertas. Et ſic tunc æſtimari non poſſet: quia liberũ corpus nõ recipit æſtimationem: vt. s. de iis qui deie. vel effu. l. j. §. ſed cum homo. Sed certe ad hanc quæſtionem non reſpondet iuriſcon. ſed tu ſubaudias, hoc modo reſpondeo: tanti æſtimabitur quanti ſtatuliber fuiſſe viD detur: vt. s. ea. l. §. j. & ad ea probanda quæ dixit, adducit duo ſimilia. primum eſt ibi, nam & eos &c. Secundum eſt ibi, nec aliud &c. & ambo ſunt ſatis plana. Viuianus.

d Imperator. aliàs eſt. §. aliàs non. & intelligunt correctam proximam diſtinctionem. nam non diſtinguitur defecerit conditio vel non. Vel melius dic quòd refertur ad caſum tantum quando deficit [a] conditio. vel facias hîc. §. & omnia hæc ceſſant.

e Relicta eſt. id eſt remanſit penes eos. & facit. C. ſi pen. ap. l. iij. &. s. titu. j. l. Plautius. &. s. de leg. iij. l. fi. §. fin. & de vulg. ſub. l. & ſic contra &. j. proxi. §.

f Adempta. expreſſe. nam ſi tacitè [b] & mortuo reo pendente appellatione vt crimen extinguitur, ſic & quæſtio bonorum: vt. C. ſi pen. appel. mors interue. l. iij. &. C. ſi reus vel accu. mor. fue. l. fi. & no. ꝙ relegato non debẽt auferri bona [c] in totũ vel in partem ſine cauſa: vt. j. de interdic. & releg. l. relegatorum. §, ad tempus.

g Teſtamento poſtea facto. pendente appellatione, quod fieri potuit: vt ſupra de iniuſto teſta. l. ſi quis exheredatus. §. hi autem. & infra de pœnis. l. ij. in fine.

h Abſcederet. ipſo iure. Accurſius.

i An vero. id eſt an videatur. & verum eſt quòd fuerunt in bonis tempore mortis, & ſic iſte videtur ſoluere ſolida legata mero iure: quia appellatione facta extinctum fuit iudicatum: vt infra ad Turpil. l. j. in fine. ſed de æquitate debet ei ſuccurri, vt non teneatur præſtare niſi pro parte quæ penes eum remanet: [d] quod verum eſt: vt. s. proxi. §. & argu. ſupra de iis qui notan. infa. l. furti. §. ſed & ſi furti. H.

k Manumiſſus. id eſt liber eſſe iuſſus. Accurſius.

l Sed cuius. id eſt quanti.

m Viueret. cum aditur hereditas. nam tũc eſſet liber: vt. C. de cad. tol. §. in nouiſſimo. & ſic non poſſet æſtimari: vt. s. de iis qui deie. vel effu. l. fin. vel lege interrogatiuè. & reſpon. [e] quòd tanti æſtimabitur quanti ſtatuliber fuiſſe videbitur: vt. s. ea. l. §. j.

a] Melius diceret. quando non deficit. Dy. Imo. Alex. & Vincen.

b] Gloſ. eſt vera in ſe: ſed nõ ſi referatur ad text. Alex. & Vincen.

c] Iſta gloſ. eſt multum notabilis ꝙ facit pro dicto Spe. in titu. de ceſſio. act. §. 1. col. 16. in fi. verſic. illud. 2. ad hoc qđ hîc dicitur: & nihil allegat.

d] Quia ademptio fit ex cauſa quę habuit originem in vita defuncti, ſecundũ Vin.

e] Reprobatur per Bar. Pau. Alex. & Vincen.

a *Poſtea*. id eſt poſt mortem teſtatoris antè aditam hereditatem.
b *Periſſe*. ſcilicet heredi:& æſtimabitur vt proxi.reſpon.dixi.
c *Nec aliud*. ſub. eſt.
d *Fuerunt*. nam & hi ſi pereant, heredi periiſſe intelliguntur: [a] & tamen erant ſummo ſupplicio afficiendi:vt.s̃.ad Silania.l.j.in prin. & æſtimabuntur vt in ſuperiori caſu no.&no. quòd olim diſtinguebatur an ſub eodem teſta erant,velnon:ſed hodie diſtinguitur,potuerunt dominum iuuare, vel non:vt.C.de iis quibus vt indig.l.ij.Accurſius.

a] Nihil eſt. Bart. Pau.Alexan.&Vincen.

tum eſſet:tamen ſi poſtea[a] moriãtur,hereditati periſſe[b] reſpõſum eſt.Nec aliud [c] in his qui ſub eodem tecto fuerunt[d] cùm domin⁹ à familia necaretur.

In teſtamento patris & filij vna Falcidia locum habet, & legatorum & bonorum fit contributio: &in detrahenda Falcidia tempus mortis patris inſpicitur, & bonorum augmentum vel deminutio poſt contingens non prodeſt nec nocet legatariis. Bartolus.

Quod vulgo[e] dicitur,† in tabulis patris & filij vnam Falcidiam ſeruari,quam poteſtatemhabeat, videndum eſt. Quamuis[f] enim ſubſtitutus,[g] quæ à pupillo[h] relicta ſunt, cùm filius heres extitit, vt æs alienum[i] quodlibet debeat[k] tamen propter ea quæ data ſũt ſecundis tabulis,contributioni[l] locus eſt.Secundùm quæ[m] poterit euenire ne ſubſtitutus quicquam retineat, velut longe plus habeat quarta paternæ hereditatis. Quid ergo[n] ſi non ſufficiat pupilli hereditas[o] legatis, cùm patris ſuffeciſſet? De ſuo quadrante nimirum[p] dabit ſubſtitutus: quoniam pater legauit de ſuo. Nec ad rem pertinet,quòd ex nullo teſtamento præſtatur vltra vires patrimonij: cùm in hac parte iuris legata quæ tabulis ſecundis relinquuntur,quaſiprimis ſub conditione[q] relicta intelleguntur.

e *Quod vulgo*. Pater filium impuberem inſtituit, [b] & ei pupillariter ſubſtituit, & tam ab inſtituto quàm à ſubſtituto legata vltra dodrantem reliquit nunc decedente pupillo vult ſubſtitutus ex perſona pupilli vnum quadrantem ex toto aſſe detrahere. Item ex reſiduo dodrãte ex perſona ſua vult Falcidiam.& pro eo facit.qnia duæ[c] ſunt hereditates, at legatarij vnã detrahi tantùm poſſe fatentur: quia vnum eſt teſtamẽtum propter vnum teſtatorem.Item propter vnam ſolennitatem.vij.enim & nõ xiiij.teſtes ſunt neceſſarij:vt ſupra de vulga.ſubſtitu.l., patris & fili. & pro vtriſque inſtitu.de pupil.ſubſtitu.§.igitur. Vel etiam pone quòd ab inſtituto ſemiſſem,à ſubſtituto alium ſemiſſem legauit: & dubitabatur ſcilicet an duæ Falcidiæ detrahantur:quam dubitationem ſoluit vulgaris regula,ſcilicet quòd in tabulis partis,&c.cuius prima poteſtas hæc eſt, vt ſicut in vno teſtamento fit omnium legatorum contributio vel cumulatio,vt ſic pateat excedant dodrantem vel non, ita & in hoc duplici teſtamento fit omnium legatorũ cumulatio vel contributio,vt ſi pateat excedere dodrantem,fiat detractio.alias ſi remanet quarta pars hereditatis, vel fortè lõge plusſolutis omnibus legatis tunc non detrahatur:ſed vt æs alienum ſoluantur à pupillo relicta.& hoc dicit ſecundùm quòd,id eſt ex quo fit contributio. Eſt & alia poteſtas regulæ,vt in hoc duplici teſtamento conſideretur vnicum tempus an habeat locum Falcidia, & inquantum ſcilicet tempus mortis patris:vt ſi tunc conſideratis legatis & bonis non habeat locum Falcidia. licèt poſtea viuente pupillo minuantur, vt quarta non remaneat,nõ tamen detrahat ſubſtitutus: ſed de ſuo quadrante, id eſt de eo quod tempore mortis videbatur habiturus,ſoluat legatariis. Nec obſt. quod ſoluit vltra vires,id eſt vltra dodrantem: quia hoc duplex teſtamentum habetur loco vnius,ſcilicet primi. vnde ſicut poſterior deminutio bonorum.tunc non noceret legatariis: vt infra eodem l.in quantitate.in prin ita nec nunc.&econtra.nam augmentum non proficeret:vt j̃. eo.l.in duplicibus.& no.quòd dicta regula facit vt filius nõ habeat [d] duas quartas.quod dic vt hic,&C.eo.l.quanquam. ADDITIO. Dic quòd nihil facit:quia hîc loquimur de duabus quartis vno iure debitis. Alexan.

b] Iſta lectura eſt vera in ſe: ſed nõ congruit literæ Pau. Alexan.&Vincen.

† Huc pertinet elegans diſceptatio apud Cicer. lib.2.de Inuent.rhetor vbi de conſtitutione generali tractat.

c] Imò vna iuris fictione. Raph. & Alex.

d] Quando eſt grauatus purè reſtituere hereditatem:ſed ſi in diẽ vel ſub conditione. Alex.& Vin.

f *Quamuis*. bene dixi,vnam.quamuis enim,&c.
g *Subſtitutus*. pupillariter,
h *A pupillo*. inſtituto.
i *Vt æs alienum*. & ſic non eſt detrahenda Falcidia? quod dicebat ſubſtitutus quòd poſſet.Accurſius.
k *Debeat*. ſed videtur hæc litera ſibi contraria.ſi enim vt æs alienũ detrahitur:quo modo potuit dicit per Falcidiam minui?Reſp.non ſemper eſt vt æs alienum ſed tunc quando omnia legata poſſunt ſolui non deducta Falcidia.Alij dicunt [e] quòd fit contributio, non vt defalcentur relicta à pupillo,imò vt æs alienum ſoluatur: vt.C. de bo.auct.iudi.poſ.l.j.ſed ideo vt appareat an omnia relicta ſimul iuncta excedant vires patrimonij patris.arg.s̃.de mili.teſta.l.ſi vero ſed hoc eſſet contra hanc regulam.
l *Contributioni*. ad hoc vt appareat an omnia legata ſimul iuncta excedant vires patrimonij:vt,s̃.de mili.teſta.l.ſi vero.Accur.
m *Secundum quæ*. Dicunt quidam, [f] id eſt quia vt æs alienum detrahuntur relicta à pupillo,eueniet quandoque vt inſtitutus nil habeat de bonis, vt quia dimiſit pupillo inſtituto quartam in fundo, & cætera omnia legauit: & hic fundus chaſmate periit. nam cum ſemel habita eſt quarta non detrahitur plus. Sed tu dic [g] quòd, id eſt quia fit contributio, poteſt euenire vt non retineat: ſcilicet de legatis à ſubſtituto relictis in ſecundis tabulis nomine ſcilicet Falcidiæ:vt ſi patris hereditas locuples erat,ex qua quarta &longè plus poterat retineri:vt ſubiicit: pupilli autem eſt depauperata,quod fieri poteſt,vt ſubiicit:quid ergo,&c.Sed alij exponunt,vel lõgè plus, & eſt vt ſi patris hereditas inops ſit,filij autem à quo legata ſunt relicta,locuples.nec enim propterea in plus tenetur ſubſtitutus,ſicutnec minuuntur ſi bona eſſent minuta apud pupillum:vt infra eo.titu.l.in duplicibus.

e] Diſplicet Bar.Alex & Vincẽ. ideo dic aliter vt per eos hic.

f] Iſte intellectus diſplicet Vincen. & non congruit literæ ſecundum Alexan.

g] Iſte intellectus ſtare poteſt:ſed ſequẽs eſt planior: & melius cõuenit literæ ſecundum Alex. & Vincen.

n *Quid ergo*. incipit ſecundus effectus regulę. & quod dicit,ſi non ſufficiat:quia deminuta eſt &c. expone vt in princ. dixi. ſed Al.dixit,nõ ſufficit hereditas pupilli legatis.ſ. à ſubſtituto relictis: cùm patris vſusfructus ſufficit, ſcilicet relictis à pupillo. & quod ſubiicit de ſuo quadrante,ſcilicet pupilli. vel,id eſt ſubſtituti quem ſcilicet habet in bonis pupilli,ſcilicet vltra dodrãtem pupillarium bonorum etiam ſi abſumantur tota, quin etiam vltra:ita tamen ſi de bonis habeat quartam vtrorúmque bonorum.Accurſius.

h]Nihil eſt: imò incipit in verſi.ſecũdum quid. ſed hic exẽplificatur ſecundũ Aug. Pau.Alexan. & Vincen.

o *Hereditas*. quia deminuta eſt hereditas.
p *Nimirum*.bene dicit ſubſtitutum ſoluere de ſuo quadrante quando bona ſunt deminuta.&ſic ex ſecundis tabulis præſtatur vltra vires,id eſt vltra dodrantem:vt.s̃.l.j.§.j.ſed nihil ad rem pertinet,cum in hac,&c.vt in prin.dixi.ſed vltra patrimonium nõn valent etiam in teſtamento militis:vt.j̃.ad Treb.l.j.§.ſi is qui,creditoribus autem etiam vltra patrimonium tenetur: vt.C,de iur.deli.l.ſi te.ſic hodie etiam in legatis,ſi non fiat inuentarium: vt in auth.de here.& Falc. col.j.§.ſi vero non.Item in eo quod hîc fit contributio,eſt contra.j̃. ea.l.§.quæſitum.ibi,ſed legata quæ,&c,Sol.vt ibi.& facit ad hunc.§ s̃.eo.l.j.§.interdum.&.j̃.proxi.§. &.j̃.tit. j.l.j. in prin. ADDITIO. Dic quod in §.quæſitum.loquitur de relictis in primis tabulis tantùm à duobus coheredibus contribuendis. quæritur hîc de relictis in primis & ſecundis tabulis.Bar.Pau.Alexan,& Vincen.
q *Sub conditione*. ſcilicet quòd ſi eſt deminutio poſtea facta, nocet ſubſtituto.

*Si filio ſuo*.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem filium ſuum impuberem, & ab eo legata reliquit, & ei pupillariter ſubſtituit Mæuium & Seium,& à Mæuio in ſubſtitutione legauit vltra dodrantem portionis ſuæ: & ita onerauit eius partem, & à Seio ſimiliter reliquit legata in ſubſtitutione:non tamen vltra dodrantem portionis ſuæ, & ſic eius partem non onerauit. & poſtea deceſſit dictus Titius.& ei extitit heres dictus impubes,& in pupillari ætate deceſſit:& ita vindicauit ſibi locum dicta ſubſtitutio pupillari: ita quòd Mæuius habet dimidiam hereditatis,grauatam tamen: & Seius aliam dimidiam non grauatam. nunc quæritur. an Mæuius cuius portio erat legatis exhauſta ex ſua perſona, poſſit detrahere Falcidiam legatariis quibus à ſe legatum eſt? Et videtur quòd non, tribus rationibus. Vna ratio eſt,quia ſi ponamus non perueniſſe bona ad dictos ſubſtitutos, & ponamus ipſum impuberem vel tutorem eius ſoluere legata ab eodem impubere relicta: non poſſet ille pupillus detrahere Falcidiam: quia legata ab eo relicta non erant vltra dodrantem. Secunda ratio eſt,quaſi ſi ponamus pupillum vnum tantum ſubſtitutum habuiſſe,non detraheret Ille ſubſtitutus Falcidiam etiam ſi dimidia pars hereditatis eſſet onerata legatis vltra dodrantem ipſius dimidiæ: quia bene remanet ei quarta totius hereditatis: & ſatis plus. Tertia ratio eſt, quia dictum eſt ſupra proxi.§.quòd legata in ſecundis tabulis relicta videntur relicta quaſi ſub conditione in primis, & ideo de ſuo quadrante præſtat ſubſtitutus legata. quod qualiter intelligatur, notaui in caſu ſuperioris.§.ibi,quid ergo,&c.& ibi,nec ad rem, &c. ſi ergo ſubſtitutus tenetur ſoluere de ſuo quadrante legata in caſu ſuperioris §. ergo non poteſt detrahere Falcidiam,& ita nec hic videtur poſſe detrahere Falcidiam. Sed ſpretis dictis tribus rationibus verius eſt vt prædictus ſubſtitutus grauatus poſſit ex ſua perſona detrahere Falcidiam: ſicut ſi ita Titio patri impuberis heres extitiſſet, id eſt ac ſi intantum eſſet inſtitutus à patre inquantum fuit ſubſtitutus impuberi.id eſt in dimidia,vt dictum eſt. quo qui



UNED

dem caſu ſi eſſet inſtitutus in dimidia,ſine dubio ex ſua perſona de traheret Falcidiam: vt infra eodem l.in ſingulis heredibus.& eſt ra A tio quia ſicut opes patris,& etiam pupillares, & contributio legatorum relictorum ab impubere in principalibus tabulis,& relictorum à ſubſtituto in ſecundis tabulis:(de qua contributione dictum eſt ſupra proxi.§.) indè, id eſt ex principalibus tabulis capiũt formam &originem:vt ſupra de vulg.& pupil.ſubſti.l.ij. §.quiſquis ita dicti ſubſtituti dequibus dicitur in hoc.§, ſubducta perſona pupilli ſiue mortuo pupillo reuocandi ſunt ad intellectum inſtitutionis: vt ita prædictus inſtitutus oneratus poſſit ex ſua perſona detrahere Falcidiam, ac ſi inſtitut⁹ fuiſſet ipſe ſub alio prædicto ſubſtituto. Viſo de vno ſubſtituto qui fuit grauatus, id eſt de Mæuio prędicto: videamus de prædicto Seio, cuius pars nõ fuit grauata vltra dodrantẽ & ponamus quòd dictus pupillus qui deceſſit, nondum ſoluerat legata à ſe relicta. & ponamus aliquid eſſe vltra dodrantem portionis dicti ſubſtituti non grauati in omnibus legatis, puta quia ſolutis legatis ab impubere relictis,& ſolutis legatis relictis ab eodem ſubſtituto non grauato, grauatur dodrãs dicti ſubſtituti, qui quidem dodrans nõ grauabatur propter legata à ſe ſubſtituto relicta, vt dictum eſt. nunquid hoc caſu dicemus ipſum ſubſtitutum non grauatum habiturum Falcidiam eorum omnium legatorum? Et videtur quòd quartam habere non debeat, propter duas rationes. Vna ratio eſt, quia habet idem ſubſtitutus quartam ſuæ partis vltra ea legata quæ ſunt ab eo relicta: quia, vt dictum eſt ſua pars non erat grauata vltra dodrantem. Secunda ratio eſt quare non videtur poſſe detrahere quartam, quia hoc non patitur cõparatio quæ facta eſt ſupra de ſubſtitutis ad inſtitutos. dictum eſt enim ſupra quòd plures ſubſtituti ſubducta perſona pupilli reuocandi ſunt ad intellectum inſtitutionis. inſtitutus autem qui habet quartam ſuæ partis, ſolutis legatis à ſe relictis non detrahit quartã. econtrra autem propter vnam rationem videtur quod dictus ſubſtirutus poſſit detrahere quartam: quia ſi negemus eum debere habere quartam, aliud aperte hîc reſpondebitur, quam quod vulgo probatum eſt à ſapientibns ſupra proxi.§. vbi dictum eſt contributionem faciendam legatorum relictorum in primis tabulis à pupillo, cum relictis à ſubſtituto in ſecundis tabulis, & vnam Falcidiam detrahendam. & ita iſte.§. eſſet contrarius illi: quod eſſe non debet. & ſecundum hanc rationem ſubaudi debemus dicere quod dictus ſubſtitutus non oneratus poſſit detrahere quartam. Itaque ſecundum ea quæ dicta ſunt à princi.§. vſque huc, apparet quòd ambo prædicti ſubſtituti detrahunt quartam in caſibus ſupra poſitis. eſt tamẽ quædam varietas in dicto ſubſtituto onerato ſuo nomine, id eſt tanquam ſubſtitutus: quia cùm ſit oneratus vt ſubſtitutus, habebit quartam velut inſtitutus, vt dictum eſt: alter autem ſubſtitutus qui non fuit oneratus vltra dodrantem, licet eius portio largiatur ſolutionem integrorum legatorum retenta ſibi quarta ſuæ partis, non tamen conuenietur ad ſolida legata præſtanda quę à ſe fuerũt relicta: imò retinebit ex eis quartam, vt dictum eſt: & hoc propter confuſionem calculi.i. propter contributionem calculi ſiue rationum vtrorúmque legatorum. ſ. relictorum à ſe & ab impubere, & omnium relictorum à dicto ſubſtituto non grauato: & vnam Falcidiam ex omnibus detrahet. Huic autem quod dictum eſt vtrũque dictorum ſubſtitutorum Falcidiam detrahere poſſe: conſequens eſt quidam caſus quem tibi pono: Pone quod dictus pupillus habens tutorem in vita ſua ſoluit legata à ſe relicta: & turor eius fecit legatarios cauere vt ſi ſubſtitutione prædicta locum ſibi vindicante appareat legatarios vltra habere quam licuerit eis accipere per legem Falcidiam, reſtituerent: appareat dico propter legata à dictis ſubſtitutis relicta, & poſtea in pupillari ætate deceſſit dictus pupillus: & ſic vindicauit ſibi locum dicta ſubſtitutio: certè quamuis dicta cautio pupillo committj nõ poſſit: vt infra e.is cui.&.l.reperitur. committetur tamen vt dicti duo ſubſtituti ex ea agere poſſit contra dictos legatarios, ſcilicet in eam quantitatem quam vnuſquiſque eorum ſubſtitutorum ſibi retinere potuiſſet de dictis legatis ſi nõ fuiſſent ſoluta per pupillum, ſiue per tutorem eius: potuiſſent retinere dico nomine Falcidiæ, cum ſoluerint etiam legata à ſe ſubſtitutis relicta. Viuianus.

*Phraſis Græca.

Pro parte inſtitutus in ſecundis tabulis, ſolus grauatur ex ſua perſona duntaxat. coheres verò qui contributione facto reperitur eſſe grauatus ex ſua ac pupilli perſona, Falcidiam conſequitur. Bart.

Si filio ſuo duos ſubſtituerit,[a] & alterius[b] portionem onerauerit: tractari ſolet, an ex perſona ſua Falcidiã poſſit inducere ſubſtitutus,[c] quam[d] pupillus nõ haberet,[e] vel vnus[f] pupilli ſubſtitutus. Et facile quis dixerit conſequenter prioribus* quæ de patrimonij[g] ratione dicta ſunt, non eſſe Falcidiæ locum, & vltra vires[h] portionis conueniendum alterum ſubſtitutum. Sed verior eſt diuerſa ſententia, perinde huic[i] quartam relinquendam exiſtimã tium, atque ita ſi patri heres extiſſet.[k] Vt enim * opes[l] patris, & contributio legatorum inde capiunt & formam & originem: ita plures ſubſtituti ſubducta[m] perſona pupilli reuocãdi ſunt ad intellectum inſtitutionis.[n] Quid tamen dicemus de altero ſubſtituto qui non eſt oneratus?[o] ſi forte nondum legata pupillus[p] à ſe re- B licta[q] ſoluit, & aliquid vltra dodrãtem ſit:[r] in omnibus[ſ] & ipſum Falcidiam habiturum? Atquin[t] quartã habet, neque idẽ patiatur[u] inſtituti comparatio. Rurſus ſi negemus:[x] aliud apertè quãquod vulgo probatum eſt, reſpõdetur. Itaque varietas exiſtet,[y] vt is quidẽ qui proprio nòmine oneratus eſt, velut inſtitut⁹ deſideret[z] quartam: alter autem qui non eſt oneratus, vt ſubſtitutus, licèt portio

a *Subſtituerit.* pupillariter.

b *Et alterius.* ſcilicet tãtùm.

c *Subſtitutus.* cuius portio eſt exhauſta.

d *Quam.* ſ. Falcidiam.

e *Non haberet.* vel quia ab eo nil fuit relictum: vel ſi eadem omniaquę ab hoc ſubſtituto, non tamen minuebant dodrantem totius aſſis, licet minuat dodrantem medietatis. Accurſius.

* Perperam Ranconnetus ſomniabat ex veſtigiis ſcriptutæ aliquorũ librornm legendum hic eſſe, cõfuſio patrimonij.

f *Vel vnus.* id eſt ſi vn⁹ tantùm eſſet ſubſtitutus licèt dimidia eſſet onerata, non tamẽ haberet Falcidiam. Accurſius.

g *De patrimonij.* quia locus eſt cõtributioni, vel quia legata in ſecundis tabulis intelliguntur legata in primis ſub conditione: vt ſupra §. proxi. in fine.

h *Vltra vires.* id eſt vldrà dodrantem medietatis.

C

i *Huic.* cuius quarta eſt exhauſta. Accurſius.

k *Extitiſſet.* id eſt principaliter eſſet inſtitutus cum alio, & ſua exhauſta eſſet.

l *Opes patris.* i. teſtamentum patris,[a] quod de opibus ſuis facit inſtituendo filium pupillum, & ſub. & opes pupillares per conſequentiam. ſimul enim iſta capiunt vim, nam primum non habet vim, niſi ſit ſolenne: & ſecundum non habet vim, niſi valeat & primum. Item capiunt formam, vt primo ſibi, poſtea filio faciat. Item originem: quia ita demum valet pupillare, ſi & ſibi fecerit. & probantur hæc ſupra de vulg. ſub. l. ij. §. quiſquis. & §. prius. &. §. fi. & l. qui plures liberos. §. fi. & l. patris. & l. ſed & ſi plures. §. ſi ex aſſe. & j. ad Trebel. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. vbi & hoc dixi. Item ſicut cõtributio capit vim quando eſſet vnus ſubſtitutus, vt ſupra proxi. §. ita & quando duo. vt in noſtro caſu.[b] Nã relicta ab iſto cuius pars eſt exhauſta, contribuentur cum relictis à pupillo in teſtamento paterno: non tamen omnibus, ſed pro dimidia, & ſic non contradicit. D ſupra proxi. §. quia ibi ideò omnia contribuuntur, quia vnus ſolus erat ſubſtitutus: hîc autem erant duo.

a] Tota prima pars gl. placet Bart. & Vincen.

b] Glo. in ſe verũ dicit: ſed nihil ad propoſitum primæ quæſtionis. eſt igitur referendum ad verſic. quid tamen. Alex. & Vincen.

m *Subducta.* id eſt decedente in pupillari ætate.

n *Inſtitutionis.* ſi habeas inſtitutionis, plana eſt: ſicut ſi eſſent duo inſtituti, & vnius pars exhauſta detraheret Falcidiam: vt. j. e. l. in ſingulis. aliàs eſt ſubſtitutionis, & tunc dic ſcilicet vnius: vt ſicut vnus ſubſtitutus omnia contribuit, ſic iſte pro dimidia:[c] ſed pro alia dimidia non, ſed Falcidiam detrahit.

o *Oneratus.* in ſecundis tabulis.

p *Pupillus.* qui deceſſit.

q *Relicta.* in primis tabulis, quæ tacitè repetita intelliguntur à ſubſtituto: vt ſupra de leg. j. l. licet.

r *Sit.* ſcilicet legatum, ſi ſoluantur quæ ſunt à pupillo relicta.

ſ *In omnibus.* poteſt legi planè & interrogatiuè.

t *Atquin.* opponit, & dic habet, ſi à ſe tãtum relicta ſoluit, non ſi à E pupillo relicta ſoluit.

u *Petitur.* ideo quia inſtitutus qui habet quartam, non deducit Falcidiã: rurſus ergo nec iſte, cum ei comparẽt: vt. ſ. ibi, ſed verior, &c.

x *Si negemus.* ſcilicet eum retinere quartam, dicemus cõtra ea quæ vulgò dicuntur, ſcilicet ſupra proxi. vbi dicit contributionem[d] faciendam relictorum in primis & ſecundis tabulis, & vnam Falcidiam detrahendam. & dicitur infra e. l. in duplicibus. ſed Al. dixit,[e] probatum eſt in ſubſtituto qui eſt oneratus in pupillari ſubſtitutione. & aliud in eo qui non eſt oneratus, vt inferiora innuũt, & ſecundum hoc eſt probatum: vt ſupra eo. §.

y *Exiſtet.* nunc ſoluit, & eſt in ſubtilitate. non in vtilitate[f] hæc diuerſitas. & eſt hic caſus quod variatio admittatur ſupra de inoffic: teſta. l. Papinianus §, ſed nec impuberi.[g] ar. contra. ſupra j. titu. l. Titiæ ſi non.

z *Deſideret.* quia pro inſtituto habetur: vt ſupra dixi. & ſic detrahit quartam ex ſua perſona de legatis vt à ſe relictis.

c] Glo. eſt vera in ſe: ſed non cõgruit literæ, ſecundum Vincẽ.

d] De materia cõtributionis vide ad longum per doct. in l. qui fundũ §. coheres. j. e. titu.

e] Et male, quia non cõgruit textui ſecũdũ Vin.

f] Imo poteſt eſſe in vtilitate ſec. Alex.

g] Imo ibi nulla eſt variatio ſi recte inſpiciatur ſecũdũ Bart. ibidem

Largiatur.

largiatur [a] eius, non in ſolidum [b] conueniatur propter calculi cõfuſionem. Huic conſequens eſt, vt ſi pupillo [c] de Falcidia cautũ [d] fuit, [e] duobus [f] committatur ſtipulatio, videlicet in eam quantitatem quam vnuſquiſque ſibi retinere potuiſſet.

Legata relicta à pupillo in primis tabulis, & à coherede ſibi ſubſtituto in ſecundis, debent cõtribui. ſecus ſi ab vtroque in primis tabulis ſint relicta. & eodem in diuerſis partibus inſtituto cõtributio ſemper fuit. Bartolus.

Quæſitum eſt, ſi quis pupillo coheredem [g] ſubſtituiſſet, [h] quẽadmodum legis Falcidiæ ratio inquiri debeat, & quale eſt quod vulgo diceretur, legatorum rationem ſeparandam. Dixi quantum ad legata quæ pater à filio, item à ſubſtituto reliquit, nullam fieri poſſe ſeparationem, cum cõmuni calculo ſubiiciantur, & inuicem inducãt contributionẽ: [i] ſed legata quæ ab inſtituto extero [k] data ſunt, permiſceri cæteris non oportere: [l] ideóque quartã pupillo datæ portionis habere ſubſtitutum, [m] quamuis ſuã portionem habeat [n] vt inſtitutus: & aliam cauſam eſſe eius qui ex variis portionibus [o] heres ſcriberetur. Ibi enim legatorũ cõfundi rationem, nõ minus quàm ſi ſemel
B fuiſſet nuncupatus ex ea portione quæ cõficeretur ex pluribus: neque referre, purè ſæpe, an ſub diuerſis conditionibus ſit heres inſtitutus. Si quis exheredato filio ſubſtituit [p] heredem inſtitutum, & ab eo tabulis quoque ſecundis [q] legauerit, neceſſario ratio [r] confundetur: cùm ideò legata valere dixerit Iulianus à ſubſtituto relicta, quòd idem patri heres extiterit. [ſ]

C Poteſt heres grauari vt Falcidiã ſibi compenſet in debito. Bart.

XII. IDEM *libro trigenſimo Quæſtionum.*

SI debitor creditore herede inſtituto petiſſet ne in ratione

a *Largiatur.* licet ſufficiat inſpectis legatis à ſe relictis. ſic &. ſ. de mino. l. & ſi minor. Alij dicunt largiatur, id eſt exhauriatur inſpectis legatis à pupillo & à ſe relictis. & ſecundum primum puncta poſt dictionem, ſubſtitutus: ſecundum alium poſt dictionem, eius.

b *Non in ſolidum.* conuenit ergo cum alio in effectu: quia vtrobiq; detrahitur Falcidia, ſed primò ex ſua perſona, ſecũdò ex perſona pupilli: nihilo minꝰ ex ſua & de vtriuſq; detrahet.

c *si pupillo.* qui ſoluit legata in ſolidum,

d *Cautum.* quod fieri debuit: vt. j. eod. l. is cui. &. j. titu. j. l. j. ij. reſpond. &. ſ. eo. l. j. §. interdum. Accurſius.

e *Fuerit.* ſi amplius ſoluatur, quàm lex Falcidia patitur reddi.

f *Duobus.* ſubſtitutis, tã onerato ex perſona ſua quàm onerato ex perſona pupilli & ſua.

*Quæſitũ eſt.*] CASVS. Filiũ meum impuberẽ mihi in dimidia heredẽ inſtitui, & ei in alia dimidia Titium coheredẽ dedi, & ab impubere pone legaui quibuſdã vltra dodrantẽ ſuæ partis, & dictũ Titium coheredẽ impuberis, ſubſtitui pupillariter dicto impuberi, & ab eodem ſubſtituto nulla legata reliqui in ſecũdis tabulis, id eſt in ſubſtitutione, & poſtea deceſſi, & dictus impubes extitit mihi heres in ſua parte, & in pupillari ætate deceſſit, & ſic vindicauit ſibi locum ſubſtitutio pupillaris in perſona Titij ſubſtituti, & debet ſoluere legata ab impubere relicta de parte ipſius impuberis relicta à ſe de parte ſua. quæritur, nunquid debeat commiſcere legata à ſe ſubſtituto relicta ab impubere, & de omnibus vnam detrahere Falcid. & ſi non eſt neceſſaria Falcidia omnibus eis commixtis, puta quia non inuenitur dodrãs totius hereditatis exhauſtus omnibus eis commixtis, non detrahat aliquam: an verò debeant ſeparari relicta ab impubere ab
D iis quæ fuerunt relicta à coherede ſuo eodèmque eidem impuberi ſubſtituto: vt quamuis portionem ſuam habeat integram ſubſtitutus, vel non grauatam vltra dodrantem, poſſit nihilo minus detrahere quartam de parte impuberis legatis exhauſta? Et certè dicitur hîc quòd debent ſeparari prædicto modo: licèt ſecus ſit in his legatis quæ relinquuntur à pupillo in principalibus tabulis, & iis quæ relinquuntur à ſubſtituto eius in ſecundis tabulis: quæ quidem non ſeparantur, imò contribuuntur vt vna Falcid. ex omnibus detrahatur. & idem eſt in eo qui ex variis partibus heres ſcribitur, & in qualibet parte relinquuntur ab eo legata: puta quia ita dixi: Titium heredem inſtituo in vnam vnciam, & lego ab eo decem Seiæ cum Mæuio alia decem. Item eundem Titium heredem inſtituo in alia vncia, & relinquo ab eo legata pone primo & ſecundo. nam & hîc contribuentur omnia legata ac ſi eſſet inſtitutus ſemel tantum, & in duabus vnciis, & prædictis quatuor eſſet ab eo legatum. & idem eſt ſi ſub diuerſis conditionibus ſit pluries
E inſtitutus, & ab eo pluribus legatum: quia ſemper contribuentur legata. Viuianus.

g *Coheredem.* ipſius pupilli.

h *ſubſtituiſſet.* pupillariter à filio in primis tabulis, & à ſubſtituto in ſecundis.

i *Contributionem.* vt ſupra eo.. §. quod vulgo. &. §. ſi filio. & infra eo. l. in duplicibus. in fi. & l. qui fundum. §. qui filium. &. §. coheres. & ſ. de vulga. ſubſtit. l. coheredi. §. coheres. ADDITIO. Dic quòd ibi loquitur de contributione bonorum, hîc relictorum, ſecundum Alexan. & Vincen.

k *Ab inſtituto extero.* id eſt extraneo. nam alter erat filius. & ſic eſt caſus ablatiuus.

l *Non oportere.* hoc eſt contra. ſ. eo. §. quod vulgo. vbi fit contributio. Solu. hic dic cæteris, ſcilicet à pupillo datis, & in primis tabulis. nam in ſecundis nulla ſunt legata relicta, ibi ſic ſecundum H.

vel ſecundum Ioan.[a] etiam ibi ſubſtitutus nõ erat inſtitutus: hîc
A erat: & ita fit ibi contributio bonorum pupilli & patris & legatorum: hîc autem non fit contributio portionum. ſed huic ſolutioni videtur obſtare. ſ. de vulg. ſub. l. coheredi. §. coheres. [b] vbi fit contributio, & tamen erat inſtitutus & ſubſtitutus. & eodem modo obſtaret huic. §. in prin. vbi not. tria ſecundum Azo. Primum, quia legatorum, id eſt relictorũ à pupillo & ab eius ſubſtituto in pupillari ſubſtitutione fit cõtributio ſiue ſubſtitutus erat ei coheres, ſiue non: vt in prin. huius. §. & in contrario. &. j. ead. l. §. fin. [c] &. d. l. ſ. de vulg. ſubſt. l. coheredi. §. coheres. in prin. Secũdum, quia relictorum à coherede impuberis, & relictorũ ab impubere in inſtitutione, non fit contributio: vt hîc: quod accipe cũ portio impuberis ſit grauata quæ aduenit ſubſtituto, vt hîc ſubiicit. ſecus ſi ſuccedentis portio ſit grauata: vt. j. eo. l. quod ſi alterutro. & dicitur. j. e. l. qui fundum. §. qui filium. & diſtinxi. ſ. eo. l. j. §. ſi coheredis. Tertium, quia relictorũ à coherede impuberis in inſtitutione, & relictorum in pupillari ſubſtitutione fit cõtributio ab herede ſubſtituto, & ſic confuſio bonorum, vt augeantur alterutra legata propter altera bona. non enim coheres detrahit Falcidiam de pupilli bonis, ſi in ſuis habet Falcidiam: licet eam detraheret extraneus. & eſt ratio: quia extraneus [d] nullo modo habet Falcidiam, nec aliquid niſi ei per detractionem ex lege Falcidia conſulatur: vt. ſ. de vulg. ſubſtit. l. coheredi. §. coheres.

m *Subſtitutum.* eundémque coheredem.

n *Habeat.* hîc ergo accreſcit grauata non grauatæ: vt modò nota.

o *Portionibus.* vt Titium inſtituo in ſex vnciis, & centum lego. Itẽ inſtituo eundem in aliis ſex, & ducenta lego. nam fit contributio ac ſi ex aſſe ſimul inſtituiſſet, & trecenta legaſſet.

*Si quis exheredato.*] CASVS. Filium meum impuberem exheredaui, & inſtitui mihi heredem Titium, & ab eodem Titio in inſtitutione legata reliqui, & eundem Titium ſubſtitui pupillariter dicto meo filio, quod bene facere potuit: vt. ſ. de vulga. ſub. l. j. §. ſubſtituere. & in hac ſubſtitutione ſiue in his ſecundis tabulis reliqui etiam legata à dicto ſubſtituto. certe neceſſario confundetur ſiue commiſcebitur ratio relictorum in primis tabulis à dicto Titio relictorum eidem in pupillari ſubſtitutione: vt ſic vna Falcid. de omnibus detrahatur. Et bene dico cõmiſcendam dictam rationẽ: quia vltima legata prædicta non valerent niſi eſſet inſtitutio, ex qua inſtitutione pendent prima legata: & ita multum ſibi attinent, ita ꝙ ſeparari non poſſent. nam non aliter valerent dicta legata à dicto ſubſtituto in ſubſtitutione relicta. niſi idẽ ſubſtitutus extitiſſet he-
E res mihi patri. Viuianus.

p *Subſtituit.* pupillariter, quod poteſt: vt inſtitut. de pu. ſub. §. non ſolùm.

q *secundis.* aliter ſi primis: quia illa legata non cõfunduntur, nec fieret eorum contributio, nec augerentur propter hereditatem pupillarem: vt. ſ. proxi. §. & l. quod ſupra. ADDITIO. Gloſ. innuit ꝙ hîc fit cõtributio bonorum teſtatoris cum bonis exheredati, quod placet Pau. tamen diſplicet Rapha. & Alexan.

r *Ratio.* relictorum in primis tabulis. ſ. ab inſtituto, & relictorum in pupillari ſubſtit. vt. ſ. de vulg. ſubſti. l. coheredi. §. coheres. [e]

ſ *Extiterit.* aliàs non valeret relictum à ſubſtituto exheredati: licèt aliquid exheredato fuit relictum: vt. j. eo. l. qui fundum. §. qui filios &. C. de leg. l. cum quidam. & de fideicom. l. pe. & facit ſupra de leg. j. l. planè. in princ.

SI *debitor.*] CASVS. Cùm deberem Titio. c. inſtitui eum mihi heredem, & multa legata ab eo reliqui, & petij ab eo ne in

a] Diſplicet Bar. Alex. & Vinc. eam tamen ſaluat Pau.

b] Imò dic quòd nõ obſtat: ſed obſtat iſte text. in princ. in verb. dixi. ſecundũ Alex.

c] Nihil facit ſecũdum Alex. & Vin.

d] Subſtitutus qui non eſt coheres. Alexan.

e] Nihil facit: quia ibi de contributione bonorum Paul. Alex. & Vin.

ratione legis ponenda cum legatariis reputaret creditum ſuum legatariis, & ne antè partem illud de hereditate detraheret, & deceſſi. poſtea fuit datus arbiter inter dictum heredem & legatarios ad æſtimationem patrimonij mei & legatorum faciendam, & ad videndum per conſequens vtrum habeat locum Falci. vel non. Dicit heres coram dicto arbitro, ego volo detrahere Falcidiam de legatis: quia debitũ meum debet extrahi de hereditate, & eo extracto remanet ita parum in hereditate, quòd habet locum Falci. quòd autẽ debitũ meũ debet extrahi, conceditur mihi per iura. ſ. C. eo. l. in imponenda. legatarij excipiunt contra eum dicentes: tu dolo facis quòd non ſeruas voluntatem defuncti qui voluit quòd tu nõ detraheres debitum tuum, quo quidem non detracto non habet locum Falcidia: tãtum eſt in hereditate. quæritur. quid iuris ſit? Et certè allegatio & exceptio legatariorum admittitur, & heredis reprobatur. Viuianus.

† Dicitur enim Fal. ex cauſa lucratiua. Bald. in l iubemus. j̃. ad Trebel. nec eſt ita debita ſicut legitima. Bald. in l. fi. §. in cõputatione. col. pen. C. de iure deli.

legis Falcidiæ ponẽda creditum ſuum legatariis reputaret: [a] ſine dubio ratione doli mali exceptionis apud arbitrium [b] Falcidiæ † defuncti voluntas [c] ſeruatur.

Qui eſt in poteſtate alterius, excuſatur ſi ab eo tacitum fideicommiſſum ſuſcepit. Bartolus.

XIII. IDEM *libro trigenſimo ſeptimo Quæſtionum.*

SI tacitum [d] fideicommiſſum ſeruus iniungente [e] domino ſuſceperit: habiturum [f] eum legis Falcidiæ beneficium, quia parêre domino debuit, cõſtitutum eſt. Idémque placuit in filio qui fuit in patris poteſtate. [g]

Quod extra cauſam teſtamenti capitur, in Falcidia ſeu Trebellianica non imputatur. Bar.

XIIII. IDEM *libro nono Reſponſorũ.*

a *Reputaret.* id eſt ante acciperet: ſed hoc non dicto bene detrahet: vt. C. ad leg. Falcid. l. in imponenda.

b *Arbitrum.* qui in talibus datur: vt. j̃. titu. j. l. j. §. cùm dicitur.

c *Voluntas.* ſpeciale eſt hoc etiam iure veteri vt ceſſet Falci. ex voluntate defuncti. ſic & alias in caſibus multis: vt no. j̃. ad Trebel. l. Marcellus. §. quod autẽ. regulariter cõtra: vt. j̃. e. l. quod de bonis. §. fin. & l. Titia. Item huic. l. contra. s̃. de leg. ij. l. cũ pater. §. Titio. ibi, planè &c. vbi dicit iniquitatẽ occurrere. ſed dicit R. ꝙ æquitas ibi præfertur, & ſic remanet huic contra. Sed cõtra eum. j̃. ad Trebel. l. Lucius. §. maritus. & ideo dic ibi eſſe iniquum inſpecto iure communi: ſed hîc inſpecta voluntate defuncti eſt æquũ vt non habeat vtrãque Falcid. ſcilicet Seianæ & Mæuianæ hereditatis, quæ præualet, vt hîc dicitur. & facit. C. de heredi. inſtitu. l. ſi compenſandi.

Falcidia in multis caſibus ceſſat.

SI *tacitum.*] Ad euidentiam huius. l. nota ꝙ ſi heres inſtitutus rogetur à teſtatore de præſtando legato vel fideicom. alicui non capaci, & ipſe heres accommodet tacitam fidem teſtatori de dãdo legato vel fideicommiſſo: fiſcus debet habere illud legatum vel fideicommiſſum, & heres ex eo non poteſt detrahere Falci. quamuis in aliis legatis habeat locum Falcidia: vt. j̃. eo. beneficio. ij. reſpon. & s̃. de iis qui. vt indig. l. heres qui tacitam. CASVS. Pone ergo quòd inſtitui mihi heredem ſeruum meũ, & dedi ei libertatem, & iniunxi ei quòd præſtaret legatum cuidã non capaci: & ipſe accõmodauit mihi tacitam fidẽ ſuper hoc. certè fiſcus debet habere dictum legatũ, & dictus ſeruus nũc liber detrahet de eo Falc. & hoc ideo, quia habuit neceſſe parere mihi dño. & quod dixi in ſeruo, habet locum in filio vel filia in poteſtate patris conſtitutis.

d *Si tacitum.* quid hoc ſit, dic vt. s̃. de iure fiſc. l. iij. in prin.

e *Iniungente.* i. neceſſitatẽ imponente. ſecus autem ſi ſeruus conſentiret ſponte. arg. s̃. ſi quis aliquẽ te. pro. l. j. §. j. nã non cõputatur iſtud inter atrociora, & ita non imputatur ſeruo ſi ei pareat. aliàs ſecus: vt. j̃. de reg. ius. l. ad ea. & de act. & obl. l. ſeruus. & s̃. de noxa. l. ij. §. is qui. & ad le. Aquil. l. liber homo. in prin. Accurſius.

f *Habiturum.* ſecus in libero homine: vt ſupra de iis qui. vt indig. l. heres.

g *Patris poteſtate.* ſecus in emancipato: vt. j̃. ad. l. Cor. de fal. l. diuus & ſupra de iis quib. vt indig. l. in fraudem. §. fin. & l. poſt legatum. §. ſi ſeruum.

PAter.] CASVS. Titia filia mea pro qua dotẽ dederã Seio marito ſuo, ab eo diuertit ſine culpa ſua mulieris: ego poſtea ea conſentiente dedi libellũ marito pro recuperãda dote, non tamen litẽ fui conteſtatus, & interim feci teſtamentũ, & inſtitui mihi heredem dictã meam filiã & Gaium filiũ meum, quẽlibet pro dimidia. i. quẽlibet in ſex vnciis, & petij à filia vt dicto coheredi ſuo reſtitueret ſuam filiæ partẽ hereditatis, retineret tamen ſibi ex ea ſextam partem. i. vnã vnciam: & dixi eidẽ meæ filiæ: bene ſcio quòd poſſes retinere quartam partẽ tuæ partis hereditatis. i. vnciã & dimidiã: ſed pro illa media vncia cõpenſa tibi dotẽ tuam, & habeas dotem loco illius mediæ vnciæ, & ita habeas dotem tuam & vnam vnciam tuæ partis hereditatis meæ, & quinq; vncias reſtituas coheredi tuo. & poſtea deceſſi. nunc quæritur, quid iuris ſit circa prædicta? Et dicitur ꝙ ipſa filia nihilo minus poterit detrahere Falc. iure hereditario de prædictis ſex vnciis ſuis quas rogata fuit reſtituere fratri ſuo id eſt vnciam & dimidiam iure proprio, & dotẽ nihilo minus habebit: & hoc ideo, quia ego pater nõ fui litem conteſtatus ſuper dote contra maritũ, vt dictum eſt: imò ſolũmodo petij per libellum: quia ſi litem fuiſſem conteſtatus, ad heredes meos prædictos tranſmiſiſſem, & ſic dimidiã dotis caperet filia mea iure hereditario, & ſic computaretur in Falcid. ſecundum voluntatem meam, & hoc ſecũdum iura antiqua: hodie autem etiam lite per me patrem conteſtata contra maritum habet præcipuã dotẽ mulier: vt. Cod. de rei vxo. ac. §. & hoc ex rei vxoriæ. Viuianus.

PAter filiam quæ à viro diuerterat, [h] heredem pro parte inſtituit: & ab ea petiit vt fratri & coheredi ſuo portionem hereditatis acceptam deducta ſexta reſtitueret, admiſſa compenſatione dotis in Falcidiæ ratione. Si pater [i] dotem conſentiente filia non petiſſet: Falcidiam quidem iure hereditario, dotem autem iure proprio [k] filiam habituram reſpõdi: quia dos in hereditate patris non inueniretur. [l]

Onus non deducendæ Falcidiæ ex alio teſtamento debitæ, cum aliis legatis & aliis oneribus commiſcetur. Bartolus.

Auia nepotibus heredibus inſtitutis fideicommiſit, vt omiſſa retentione quæ per legem Falci-

h *Diuerterat.* ſine culpa. aliàs dotem amiſiſſet: vt C. de repu. l. conſenſu. §. hæc niſi vir.

i *Si pater.* nunc reſpon. & dic non petiiſſet ea conſentiente, ſed ea ignorante petiſſet [a] Falci. quidem &c. & eſt ratio: quia mulier patre mortuo tanquam propriã incipit habere dotẽ, & petet à viro, & vir cũ non ſit liberatus, repetet à patre vel eius coherede condictione indebiti, vel ob cauſam, vel ſine cauſa: vt. j̃. de ſolu. l. qui hominem. §. ſi gener. & arg. j̃. l. proxi. §. ex donationibus. ſic quidã: ſed non videtur poſſe procedere: quia cum ipſa heres extiterit patri, videtur quòd in hereditaria portione debeat ei obſtare exceptio ſi velit petere à viro, cum iam eã ſoluerit patri: vt ſupra ſolu. mal. l. fi. cum dotẽ. §. ſi pater, & de pig. ac. l. ſolutum. §. ſolutam. & j̃. de regu. iur. l. ex qua perſona. & s̃. de lega. ij. l. cum pater. §. qui dotale. & §. fi. & de fun. dota. l. dotale. §. fina. Tu ergo dic quòd non petiit nec exegit cum iudice, vel ſine iudice. Quid autem ſi petiit, ſed non exegit? Reſpond. aut lis fuit conteſtata, aut non. primo caſu tranſmittit ad heredes ſecundũ naturam actionis ex ſtipulatu quam olim habebat, non quam hodie habet ab actione rei vxo. vt. C. de rei vxo. act. §. & hoc ex rei vxoriæ. & ſic cõputat in Falcid. in ſecundo habetur pro non petita: vt. j̃. rem ra. hab. l. amplius. Item quid ſi ea conſentiente? Reſpon. computatur in Falcid. vt. C. communia vtriuſque iu. l. fi. ſecundùm Azo.

a] Et habuiſſet.

k *Proprio.* propriè loquitur hîc de quarta iure inſtitutionis: in qua computatur ſolum quod capitur iure hereditario: vt. j̃. eo. l. quod autẽ. & l. id autem. & l. in quarta. in prin. ſecus autem in debito iure naturæ, in qua imputatur & quod capitur iure legati vel alio modo relicti, & ſic dos: vt. C. de inoffic. teſta. l. quoniam. & no. C. communia vtriuſque iudic. l. fin. quæ ſunt contra.

l *Non inueniretur.* ſex extra, & quaſi proprium patrimonium mulieris: vnde quæritur, an mulier ſit domina rei dotalis [b]? Azo quòd ſic, arg. huius. l. Item an poſſit inſtitui in dote ſua? Videtur quòd non [c]: vt hîc. ſed plenè dic de vtroq; vt. s̃. de mino. l. denique. §. ſed vtrum. in fi. & facit. j̃. de coll. bo. l. j. in fi. & l. ſeq. & j̃. ad Treb. l. mulier. §. cùm proponeretur. & l. à filia. & C. de rei vxo. act. §. & hoc. Item contra huic. l. s̃. e. l. ſi debitor. Speciale eſt in filia ne oneretur in Falcidia iure inſtitutionis debita: hoc eſt vt eam cũ debito dotis teneatur cõpenſare, ſicut & alio caſu: vt. j̃. l. proxi. §. cùm fideicommiſſum. Vel eſt etiam hoc ideò, quia hîc volebat pater compẽſare quod alius debebat, non quod ipſe: vt ibi.

b] Imò maritus eſt dominus dotalis. Alexan. & Vincen.

c] Imò poteſt, ſecũdũ Alexan.

*Auia nepotibus.*] CASVS. Sempronius inſtituit ſibi heredem Titiam, & ab ea multa legata Titio reliquit: ita quòd ipſa poterat ex eis Falcidiam detrahere: & deceſſit idem Sẽpronius: poſtea ipſa Titia fecit teſtamẽtum, & inſtituit ſibi heredes quatuor ſuos nepotes, & duobus ex eis aliqua plegauit, & rogauit illos quibus non prælegauit, vt ſolida legata ſoluerent illis quibus prælegauit, & vt Titio prædicto cui Falcidiam detrahere poterant ſicut auia poterat, non detraherent Falcidiam: & poſtea deceſſit dicta Titia auia. quæritur, quid iuris ſit circa prædicta? Et dicitur quòd hoc caſu videtur

videtur datum fideicommiſſum Titio ab iſtis nepotibus per di-
ctam auiam, id eſt hæc quarta quæ poterat ei detrahi, videtur le-
gata. hoc ergo onus nepotibus datum ſiue commiſſum, id eſt hoc
legatum quartæ veniet in contributionem cum cæteris legatis à
nepotibus prędictis relictis: vt & de hoc & de cæteris nepotes Fal-
cidiam detrahant. Viu.

diem ex alio teſtamento compe-
tebat, [a] ſolida [b] legata fratribus &
coheredibus ſoluerent. Rectè
datum [c] fideicommiſſum reſpõ-
di: ſed huius quoque [d] onus in
contributionem venire.

Si vnus pluribus ſubſtitutus v-
trique directò ſuccedit, cõtribu-
tio habet locum: ſecus ſi vni dire
ctò, alteri per conſequentiã. Bar.

Duobus [e] impuberibus ſubſti-
tutum, [f] vtriꝗ heredem exiſten-
tem, in alterius hereditate Falci-
dia non vti conuenit, ſi de bonis
alterius [g] impuberis quartã par-
tem hereditatis patris quæ ad fi-
lios peruenerit, retineat. Quòd ſi
frater fratri legitimus [h] heres ex-
titerit, & impuberi ſupremo ſub-
ſtitutus: [i] portio quidem pater-

a *Competebat.* ſcilicet a-
uiæ. fuerat enim heres
inſtituta hæc auia, & le-
gato puta relicto Titio
& Seio erat grauata, &
ſic detractura erat Fal-
cidiam quam noluit re-
tinere ſuos heredes, &
ſic eſt eis onus, & Titio
& Seio vtilitas, quod o-
nus vnà cum cæteris o-
neribus defalcabũt ne-
potes heredes auiæ. Vel
dic quòd hi nepotes ab
alio fuerant inſtituti &
grauati, ſicque Falci. e-
rant detracturi, ſed auia
inſtituendo eos prohi-
buerat. & dic vt prius.
Accurſius.

b *Solida.* relicta in pri-
mo teſtamento. Idem ſi
dixiſſet auia de relictis
à ſe. nã nihilominus de-
falcaretur: vt. j. l. proxi.
§. fi. Sed contra. s. eo. ſi
debitor. vbi ceſſat Falcid. ex voluntate defuncti. Sed ibi ſpeciale.
Alij ꝙ hîc ex alio teſtaměto, non ex teſtaměto auiæ cõpetebat his
nepotib. hoc debitũ, ſcilicet quartæ deductio. ſecus autě ſi ex teſta-
mento eodě competeret debitũ, vt ibi: ſed tunc ſpeciale ibi, vt dixi.

c *Datum.* de omiſſione Falcidiæ.

d *Quoque.* ſcilicet non deducta quarta in contributione: quia de
eis hîc tanquam de vno legato detraheret Falcidiam.

*Duobus impuberibus.*] CASVS. Duos filios meos impuberes mi-
hi heredes inſtitui, ſcilicet Titium & Seium, & à Titio legaui qui-
buſdam vltra dodrantem ſuæ partis, ita quod habet locum lex Fal
cidia: & à Seio legaui, ſed non vltra dodrantem: vel à Seio nihil
legaui, & ita eis ſubſtitutum dedi, ſi Titius impubes deceſſerit in
pupillari ætate. ſubſtituo ei Sempronium: & ſi Seius impubes de-
ceſſerit in pupillari ætate, ſubſtituo ei prædictum Sẽpronium. &
ſic ſingulis ſeparatim fuit facta ſubſtitutio, & deceſſi. poſtea vterq;
dictorum impuberum deceſſit in pupillari ætate, & ita ex dicta
ſubſtitutione ſucceſſit eis dictus Sempronius. nunc petunt legata-
rij legata ab eo. ipſe vult detrahere Falc. de legatis relictis à Titio
prædicto impubere, cũm vltra dodrantem ſuæ patris ſit ab eo le-
gatum. legatarij autem dicunt ei, tu potes retinere quartam par-
tem hereditatis patris quæ ad impuberes peruenit de parte Seij al-
terius impuberis: quia ab eo nihil fuit legatum: vel ſi fuit ab eo
legatum, ita parum fuit ab eo legatum, quod exſolutis legatis ab
eo relictis remanet apud eum ex ſua parte tantũm quòd capit di-
ctam quartam hereditatis patris. vnde cũm poſſis habere quar-
tam totius hereditatis, non potes detrahere Falc. de legatis à Titio
relictis. nunquid ſunt audiendi legatarij? Et dicitur quòd ſic. Se-
cus autě eſſet ſi ſingulis non eſſet facta ſubſtitutio: ſed ita dixiſſem,
ego pater impuberum à me inſtitutorũ ei ex filiis meis impuberi-
bus qui vltimò morietur in pupillari ætate, ſubſtituo Sempronium.
quia tunc ſi Seius impubes non grauatus legatis decedat in pupil-
lari ætate, & ſic Titius eius frater qui erat grauatus, fit eius legiti-
mus heres, & poſtea moriatur Titius grauatus, & ei Titio morieñti
dictus Sempronius ſubſtitutus heres extitit: portio quidem pater-
norum bonorum non grauata quam Seius inteſtatus puta accepit
à me patre, & quam habuit Titius eius frater qui ei ab inteſtato
ſucceſſit, non confundetur ſiue commiſcebitur rationi legis Fal-
cid. cum parte Titij grauati, quamuis vtraque habeat ſubſtitutus:
quia non habet locum in ea ſubſtitutio: ſed ab inteſtato fuit dela-
ta fratri grauato, id eſt Titio. ſed quartam tantũm eius portionis
grauatæ ſubſtitutus retinebit quam Titius impubes accepit à me
patre, qui Titius habuit ſubſtitutum Sempronium. ſubſtituit enim
ſolummodo vltimo decedenti, & Titius grauatus vltimò deceſſit,
vt dictum eſt. Viuianus.

e *Duobus.* à quibus legata reliquit. nec ob. s. eo. l. in ratione. j. ſi fi-
lio. in prin. Sed ibi duo vni, hîc econtra duobus vnus ſubſtituitur.
præterea & ibi dicit poſtea fieri contributionem: ſed magis vide-
tur contra. in eadem. l. §. quæſitum. ibi, ſed legata. nam hîc por-

ff. Infort.

tiones miſcentur. Sed ibi idem erat ſubſtitutus, & in parte inſtitu-
A tus: hîc tantũm ſubſtitutus.

f *Subſtitutum.* ſi ponas ſeparatim ſubſtituiſſe, planum eſt: vt ſi pri-
mus heres deceſſerit in pupilli ætate, eidem ſubſtituo talem, vt Sẽ-
pronium. Item ſi ſecundus deceſſerit in pupillari ætate, eidem ſub-
ſtituo. nam ſiue ſimul ſiue diuerſis tẽporibus decedant, vtriq; eſt he-
res ſubſtitutus: vt hîc in prin. dixi. ſi autem dixit, ſi ambo deceſſerint in
pupillari ætate: diſtinguitur an ſimul moriã-
tur, & tunc idẽ eſt quod in primo, quòd vtrique ex teſtamẽto ſuccedat:
vt hîc in princ. §. aut di-
uerſis tẽporibus moriã-
tur: & tunc vltimò tan-
tũm, vt hîc, quòd ſi fra-
ter &c. &. s. de vulga.
ſubſtitu. l. qui duos. &
C. de impu. & al. ſub. l.
penul. nec ob. s. de iniu-
ſto teſta. l. penul. vbi vno
decedẽte vocatur ſubſti
tutus. ſed ibi ſeparatim
ſubſtituerat. vel dicvt. d.
l. C. de impub. & al. ſub
l. pe. not. Item ad idẽ eſt
contra. j. ad Treb. l. here
des. §. cũm ita. Sed ibi in
fideicommiſſaria. & facit infra de bono. poſ. ſecundũm tabu. l. pe.
C in prin. & s. de vulg. ſubſti. l. ex duobus. in princip. Sed argu. con-
tra. j. ad Trebel. l. eum.

In vul. edit. eſt lex, Quod de bonis.

norum bonorum quam inteſta-
tus puer accepit, rationi Falcidiæ
non confundetur: [k] ſed quartam
eius tantũm portionem ſubſtitu-
tus retinebit, quã impubes [l] acce
pit [m] qui [n] ſubſtitum habuit.

Falcidia reſecat etiã liberatio-
nem factam ex cauſa legati, vel
donationis cauſa mortis. Alexã.

B XV. IDEM libro tertiodecimo Reſponſorum.

Quod bonis iure Falcidiæ
contribuendum eſt à debi-
tore, [o] cui mortis cauſa
pacto [p] debitum remiſſum [q] eſt,
in factum concepta replicatione
retinebitur.

Pactum factum in vita defun-
cti de Falcidia non repetenda
non valet. Bartolus.

g *Alterius.* ex ſubſtitutione.

h *Legitimus.* quod eſt in eo caſu quãdo non ſeparatim ſingulis, ſed
cõiunctim eis ſubſtituit, puta dixit, ſi ambo deceſſerint in pupillari
ætate, ſubſtituo eis Sẽpronium. quoniã inuicem eis ſuccedunt, &
vltimo decedẽti ſuccedit ſubſtitutus: vt. s. de vulg. ſubſti. l. qui duos.

i *Subſtitutus.* ſcilicet heres extiterit.

k *Non confundetur.* quia in ea non habet locum ſubſtitutio, ſed in
teſtamento fuit delata fratri.

l *Impubes.* vltimò decedens.

m *Accepit.* vltimò decedens. nam primus non habuit ſubſtitutũ.
ſed legitimum fratrem heredem.

n *Qui.* impubes.

*Quod de bonis.*] CASVS. Titius habẽs debitorem in. c. per pa-
ctum remiſit ei dictum debitum cauſa mortis. Item fecit te-
D ſtamentum, & inſtituto herede Seio, multa quibuſdam
legata reliquit, ita quod habeat locum. l. Falc. vnde ſicut ab aliis
legatariis poteſt heres detrahere quartã, ita à dicto debitore: vt. j.
eo. quærebatur. & C. eo. ſi quis quadringentorũ. & ſic dicitur de-
bitor contribuere cum aliis legatariis ad quartã heredis iure Falci-
diæ de bonis detrahendæ. certè illud quod ita contribuendum eſt
per dictum debitorem, retinebitur per heredem nomine Falcidiæ
concepta per heredẽ contra debitorem replicatione in factũ. nam
heres petet ab eo quartã debiti: & ſi ipſe excipiat de liberatione,
heres replicabit in factum, & ita cogetur ſoluere heredi quartam
debiti, & heres retinebit eam nomine Falcidiæ. & ſubaudi hîc, il-
lud quod contribuendum eſt &c. Viuianus.

o *Debitore.* cui fuit liberatio relicta, & cũm poſſet Falc. retinere,
in totum liberauit heres.

p *Pacto.* maximè. nam idẽ eſt ſi acceptilatione: vt. j. e. l. quęrebatur.

E q *Remiſſum.* à teſtatore vel ab herede errore facti non interueniẽ-
te. nam ſic dicitur in legato: vt. C. ad. l. Fal. l. error. & donatio cauſa
mortis ſimilis eſt legato: vt. C. de dona. cau. mor. l. fin. & ſic non ob
j. eo. l. qui id quod. &. C. ad. l. Fal. l. ſi. quia ibi ſciens ſoluit vel pro-
miſit. & facit ad. l. s. de leg. ij. l. cum pater. §. Mæuio debitori. Donatio cauſa mortis legato ſimilis eſt.

*Frater.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem ſororem ſuam
Seiam, & ab ea multa legata reliquit quibuſdam, ita quod de iure
habebat locum lex Falci. & alium puta Gaium cui donatum vole-
bat cauſa mortis, pœnam de qua infra dicit, curauit idem teſtator
ſtipulari ab ea ne Falcidia vteretur circa legata, & vt certam pecu-
niam præſtaret eidem Gaio dicta heres ſi contra faceret: & ita ſti-
pulatus eſt Gaius prædictus à dicta herede. modò quęritur, vtrum
dicta ſoror habeat retẽtionem quartæ ex legatis? Et dicitur quòd
ſic, quia priuatorum cautione non eſt legibus refragandum, quæ
leges volunt quòd hereditate grauata legatis vltra dodrantem, he-
res poſſit detrahere Falcidiam: vt ſupra eod. leg. j. vnde & actio

ex ſtipulatu denegatur illi cui donatum voluit teſtator contra ſororem teſtatoris heredem. Viuianus.

a *Donatum.* cauſa mortis, vt pœnam de qua ſubiicit.

b *Refragandum.* Not. ſic ſupra de leg. j. l. nemo poteſt. &. j̃. de ſuis & leg. l. fi. & ſupra de pac. l. ius publicum. Argu. contra. s̃. de leg. ij. l. codicillis. §. fi. & de hoc not. in authent. vt ſine prohi. ma. deb. col. vij. §. j. Accurſius.

Frater cùm † heredem ſororẽ ſcriberet, alium ab ea cui donatum [a] volebat, ſtipulari curaui t ne Falcidia vteretur, † & vt certam pecuniam, ſi contra feciſſet, præſtaret. Priuatorum cautione legibus non eſſe refragandũ [b] † conſtitit: & ideò ſororem iure publico retẽtionem habituram, & actionem ex ſtipulatu denegandam. [c]

Licèt quis vnum legatum ſoluerit integrum, non prohibetur ab aliis legatis Falcidiam detrahere. Bartolus.

Non idcirco † minus Falcidiæ rationem in cæteris annuis legatis admitti viſum eſt, quòd primo ac ſecũdo anno ſine vlla detractione [d] fuiſſent legatario ſoluta. [e]

Quod defunctus debet heredi, vt æs alienum deducitur: niſi teſtator prohibuerit: nec videtur prohibere, ſi eum grauat vt propria bona ſua reſtituat: & fructus percepti iudicio teſtatoris, in debitum imputantur. Bartol.

Quod auus [f] ex cauſa tutelæ nepoti debuit, cùm auo nepos ſolus [g] heres extitiſſet, ratio Falcidiæ ſi poneretur, in ære [h] alieno bonis deducendũ reſpõdi. nec ad rẽ pertinere, quòd heredem auus idemq; tutor rogauerat, vt ſi ſine liberis ante certã ætatem [i] decederet, tã hereditaria, quàm propria bona reſtitueret. nõ enim ex hoc hereditatẽ debito cõpenſatã videri: [k] cũ vel ideò maximè declaretur non eſſe compenſationẽ factam, quoniam heredem ſuum habere propria [l] bona defunctus oſtendit. [m] Planè ſi conditio fideicommiſſi fuerit impleta: [n] fructus hereditatis [o] poſt mortem aui percepti, pari pecunia debito tutelæ compenſabuntur: [p]

† Huius reſponſi interpretationẽ vide apud Alexand. ab Alexã. lib. 2. Gen. dier. cap. 23. † Alciat. lib. parergon. 5. cap. 25. rationem adfert quãobrẽ nõ liceat teſtatori Falcidiã in ſuo teſtamẽto prohibere. Hodie tamen permiſſam eſſe à Iuſtiniano Falcidię prohibitionem annotauit ex Nouell. cõſt. 1. Frãc. Baldui. in cõmen. in titu. ad leg. Falci. Inſti. lib. 2. † Sic habetur in. c. ſi diligenti. cum glo. 1. circa prin. extra de fo. cõpe. † Videtur huic. §. contra authen. ſed cum teſtator. verſi. itẽ ſi heres. C. eo cõcludẽ per Bart. in. l. ſi ex pluribus. j̃. eo.

c *Denegandam.* ſcilicet ipſo iure, vel exceptione repellẽdam. ſic. s̃. de condi. inſti. quæ ſub cõdi. & not. q̃a aut eſt cõtra legem ſtipulatio vel pactũ: & tunc nec principale, nec pœna valet: vt hic. aut ſecundùm. l. & tunc vtrumque. aut præter legẽ, & tunc nõ principale, ſed pœna: quod dic vt not. C. de pac. l. pacta. Item not. ꝙ hic. §. videtur hodie corrigi: vt in authen. de here. & Falci. §. ſi verò expreſſim. colla. j.

*Non idcirco.*] CASVS. Inſtituit Titius heredẽ Seium, & reliquit annua. x. Gaio, & multa alia legata reliquit quibuſdam ita quòd habebat locum. l. Falcid. & deceſſit dictus Titius, poſtea Seius heres ſoluit. x. Gaio primo & ſecundo anno, & nihil detraxit nomine. Falc. nunc vult detrahere Falcid. pro ſequẽtibus annis. nunquid poteſt? Et dicitur quòd ſic, non obſtante quòd duobus annis præſtitit integra. qualiter autem detrahatur Falcidia de annuis legatis, habuiſti. s̃. eo. l. j. §. ſi in annos. Viuianus.

d *Detractione.* vel cautione de legatis reſtituendis ſi Fal. appareat.

e *ſoluta.* ſcilicet ratio quæ poterat retineri. & hoc ſi per errorem facti: vt. C. eo. l. error. Sed quid ſi ex certa ſcientia? Reſpon. hoc iure non nocet in aliis: vt. C. eo. l. in imponenda. in fi. hodie contra: vt in authen. de here. & Falcid. §. non autem. col. j. Item contra. C. de fideicommiſ. l. j. vbi triennio præiudicat: ſed hîc fuit minus tempus, & ſic intelligitur. C. de pac. l. ſi certis an. Vel ibi in contrario erat duplex fauor, alimentorum, & vltimæ voluntatis. vel refert ſit inutile propter minus ſolẽnem voluntatem, vt ibi: an propter Falcidiam: vt hîc. & facit. C. ne vxor pro marito. l. fin. & . C. de vſur. l. creditor. & . j̃. de ope. lib. l. operis. Sed argu. contra. C. de non nume. pecu. l. cum fidem. & . s̃. de iudi. l. ſi fideicommiſſum. in fi.

*Quod auus.*] CASVS. Titius fuit tutor nepotis ſui Seij, & malè adminiſtrauit eius tutelam, ita quòd fuit factus eius debitor in. c. pone. poſtea fecit teſtamentum dictus auus, & inſtituit ſibi heredem dictum ſuum nepotem, & multa legata ab eo quibuſdam reliquit, & rogauit eundem nepotem vt ſi ſine liberis ante. xxv. an. pone decederet, tam hereditaria bona quàm propria ſua bona nepotis reſtitueret Gaio pone: poſtea deceſſit hic auus: nunc legatarij petunt legata à dicto nepote. ipſe vult detrahere Falcidiam, cũ dodrans fuerit per auum exhauſtus, & vult detrahere ante partem dicta. c. quæ ei debebat auus ex tutela, tanquam æs alienum. quæritur, vtrum poſſit ita detrahere ſibi debitum? Et videbatur quibuſdam quòd non: quia auus rogauit eum, vt dictum eſt, vt ſi ſine liberis ante. xxv. an. decederet, reſtitueret Gaio tam hereditaria bona. id eſt aui, quàm propria ſua bona nepotis, & ita videbatur ſecũdum eos quod auus noluerit ſibi remitti dicta. c. quæ debebat nepoti, ideò quia tanto tempore voluit nepotem tenere vtraque bona. Sed certè reſpondetur in contrarium, ſcilicet quod bene poteſt nepos heres detrahere dicta. c. antè partem tanquam æs alienum: nec obſtat ratio prædictorum qui credebant cõtrarium, id eſt qui credebant compenſationem fieri: quia etiam per verba teſtatoris ideò maximè declaratur non eſſe factam dictam compenſationẽ, quoniam oſtendit per verba ſua defunctus teſtator nepotem heredem ſuum habere propria bona. nam dixit dictus teſtator quod dictus ſuus heres reſtitueret Gaio tam hereditaria bona quàm propria bona nepotis: per quod apparet quòd ſicut per propria bona nepotis reſtituẽda Gaio per nepotẽ non tollitur illud quod ei nepoti debet auus, ſic nec per hereditaria: vt hîc, & argu. C. de diuer. reſcript. ſi libellum. Sed pone quod antequam dictus nepos detraheret rationem legis Falcid. cum legatariis, ipſe nepos deceſſit ſine liberis ante dictos. xxv. ann. & ſic conditio fideicommiſſi prædicti Gaio reſtituendi fuit impleta, & ſic heres dicti nepotis tenetur reſtituere dictum fideicommiſſum hereditatis aui & nepotis dicto Gaio. vult nunc heres nepotis detrahere de bonis aui reſtituẽdis Gaio dicta. c. quæ auus debuerat nepoti ex cauſa tutelę, & etiam detrahere poſtea quartam de bonis prædictis aui ex Trebelliano, & vult lucrari fructus quos percepit ex hereditate aui nepos poſt mortẽ aui, & vult etiam detrahere quartam de bonis nepotis quæ ſimiliter debet reſtituere Gaio fideicommiſſario. quæritur, nunquid poſſit? Et dicit ꝙ fructus hereditatis aui percepti poſt mortem aui cõpenſabũtur cum dicto debito tutelæ vſque ad concurrentem quantitatem: & ſi capiũt pluſquam dictum debitum, ſuperflui imputantur quartæ Trebellianicæ: vt infra eadem. l. §. fructus. & ſic non lucratur heres nepotis dictos fructus, nec detrahit dictum debitum de hereditate aui, cùm fructus cum debito compenſentur. quartam autem de bonis nepotis non detrahit heres nepotis quæ reſtituere debet Gaio ſimiliter: ſed detrahit eam tantummodo de bonis aui: quæ ſcilicet bona auus reliquit nepoti tempore mortis ſui aui. & non mireris ſi heres nepotis tenetur reſtituere Gaio bona nepotis: quia intelligo quod tantùm habet heres nepotis propter quartã quam detrahit de bonis aui, computatis etiam in dictam quartam fructibus perceptis ex bonis aui, qui fructus ſunt vltra illos fructus qui compenſati fuerunt cum debito tutelæ, vt dictum eſt, quantum erat in bonis nepotis: vt. C. de iure do. l. cùm patrem. & ſupra de lega. ij. imperator. §. fi. Quis autem debeat amodo reſpondere legatariis quibus dixi auum legaſſe, ſcilicet vtrum Gaius fideicõmiſſarius qui habet bona aui, & heredis aui, id eſt nepotis: an verò heres nepotis qui habet quartam bonorum aui? dic vt infra ad Trebel. l. j. §. ſi is qui quadringenta. hoc dicit vſque ad. §. cùm fideicommiſſum. Viuianus.

f *Quod auus.* puta. c.

g *Solus.* ideò dicit ſolus, vt melius conueniant ſequentia. nam cũ alio non deduceretur totum debitum ex cauſa tutelæ. Item nec confunditur nec compenſatur cum fructibus niſi pro hereditaria portione: pro alio agetur contra heredem: vt. C. de nego. geſt. l. ſi ab eo. Accurſius.

h *In ære.* id eſt inter cæterum æs alienum: vt. C. eod. l. in imponenda. &, l. irritum.

i *Ætatem.* puta. xxv. annorum.

k *Videri.* id eſt quia toto tempore voluit eum tenere vtraque bona: non ideò videtur velle remitti æs alienum, niſi hoc expreſſe dixiſſet: vt. s̃. eo. l. ſi debitor. Accurſius.

l *Propria.* per quod apparet quod ſicut per propria nõ tollitur æs alienũ, ſic nec per hereditaria. arg. C de diuer. re. l. j. Vel aliter: quia voluit eũ habere propria, & propriũ eſt quod ab auo debetur: ergo & illud voluit detrahi auus quod ex cauſa tutelæ debuit.

m *Oſtendit,* cùm ſi decederet intra certam ætatem, deberent reſtitui tam propria quàm hereditaria.

n *Impleta.* quia deceſſit ante completum. xxv. annum ſine liberis.

o *Hereditatis.* auitæ.

p *Compenſabuntur.* reliqui fructus quadranti imputantur. vt. j̃. e. §. fructus. & . j̃. ad Trebel. l. in fideicõmiſ. & . l. mulier. & . j̃. eo. filius. ſecus eſſet in liberis primi gradus, qui debent habere quartam in rebus principalibus, non per imputationẽ fructuum: vt. C. ad Treb. l. iubemus. quæ eſt contra. Et not. hîc quòd non lucratur fructus ſi excedant quartam, cùm computet in debito: licèt eos percipiat ex iudicio defuncti. quod eſt contra illud quod diſtinxi. j̃. ad Treb. in fideicommiſ.

fideicõmiſ.in prin.ſed eſt hîc vt dixi.j.ad Treb.l.mulier.§. pen.

a *Sed quartam*. hereditatis auitæ.

b *Reliquit*. id eſt quæ fuerunt morientis aui, non autem de bonis propriis nepotis. Sed nunquid heres nepotis tenetur propria reſtituere? Reſpon. ita, ſi propter quartam tantùm habeat ex bonis aui, cõputatis etiam fructibus, quantum in bonis nepotis erat.C.de iure do.l. cùm patrem. & s.de le.ij.imperator.§.fi. & ſic bona nepotis non defalcabit: quia de auitis detrahẽdo quaſi pro priorum quartã detraxiſſe videtur.& eſt ratio quia de bonis defuncti prout erant tẽpore mortis, debet Falc. detrahi: vt inſtitu. ad.l. Falcid.§. cùm autem.

ſed quartam [a] heres nepotis de bonis dumtaxat quæ moriens auus reliquit, [b] retinebit.

In filiis primi gradus debitum cum Falcidia non compenſatur etiã ſi hoc teſtator expreſſit. Bar.

Cùm fideicommiſſum [c] ex voluntate matris à patre moriente debitũ filio, pater hereditate ſua quam in filium conferebat, cõpẽſari voluit: quod filio debetur, ſi ratio Falcidiæ poni cœperit, fini quadrantis, quẽ ex bonis patris cũ effectu percepit, cõpenſabitur: atq; ita ſuperfluũ æris alieni dodranti tantùm detrahetur.

Quod ab herede vxoris ex donationibus à marito ei factis debet reddi: venit deducendum vt æs alienum. Alexan.

Caſum poſuit Accur. c *Cùm fideicommiſſum*. Maritus ab vxore inſtitutus fuit rogatus hereditatem filio cõmuni reſtituere, & pater poſtea filium inſtituit dicendo quòd paterna hereditas compenſaretur cum eo quod pater debebat ex teſtamento matris. dic ergo quòd iſte filius debet habere quadrãtem hereditatis paternæ, id eſt omnium eorum quæ inuenit in bonis patris tempore mortis. de dodrante verò qui remanet, debet detrahere fideicõmiſſum ſibi relictum vt æs alienum, id eſt dodrantem hereditatis maternæ. nam non plus venit in fideicom. quia pater potuit detrahere quartã Trebel.de reſiduo ſoluet legata & fideicõmiſ. & ſecundũ hoc dic filio deberi: ſcilicet ex teſtamento matris. & quòd dicit, poni cœperit, ſcilicet à filio contra legatarios ex teſtamento patris cõpenſabitur, ſcilicet dictum debitũ. fini quadrantis, id eſt in quadrante toto, cũ illum à patre habeat cũ effectu. Itẽ quòd ſubiicit, æris alieni, id eſt fideicõ. à matre relicti. & ſecũdum hoc cõputabitur in Falc. debitũ à patre: licet pater hoc dixerit. & ſic eſt cõtra.s.eo.l.ſi debitor. Sed dic aliud in filiis, vt hic, &.s.eo.l. pater. in prin. quã in debitore extraneo ex toto inſtituto herede: quoniã magis permittit lex, & fauet voluntati teſtatoris, vt cõpenſetur debitũ, & cõputetur in Falc. quàm cũ inſtituit filium creditorem pater: vt hîc. Vel ſecundò poteſt intelligi quod hîc dicitur ꝙ filius iſte fideicõ. quod ſibi debetur, id eſt dodrantem hereditatis maternæ debet ſibi cõpenſare in quadrantẽ quem habet in bonis patris pro concurrente quãtitate. ſi autẽ plus eſt in fideicõmiſ. quã in illo quadrante: id quod ſuperfluum eſt, detrahet filius ex dodrãte bonorum paternorũ, id eſt quæ inueniuntur in bonis paternis tempore mortis. de eo autem quod remanet, ſoluet legata & fideicom. & ſic non ob.s.eo.l.ſi debitor. & facit ad hoc.s.de leg.ij.l. cum pater.§. Titio. ſed ob.s.eo.l. pater. ſed illud fauore dotis. Item ad hoc ob.s.eo.l. pater.§.j. Sed dic vt in fi. eiuſdem.§. Tertij dicunt ꝙ pater quartam poterat retinere de hereditate matris, & filio dodrãtem reſtituere debebat. debet igitur vnum cõpenſare de tribus quadrantibus ſibi debitis cum eo quem pater dat quaſi de ſuo: & ſic habet filius tres quadrantes, ſcilicet duos qui remanent, vt à patre debitos: & tertium quem habet per cõpenſationem. ex alio verò quem videtur pater pro cõpenſatione dediſſe, ſoluet legata & fideicommiſ. vt de cæteris rebus paternis, & detrahet Fal. vt de cæteris bonis: alios tres quadrantes vt æs alienum habebit filius, nec minuuntur per hoc quòd pater voluit totũ debitum extingui per compenſationem. & ſic eſt contra.s. eo.l. ſi debitor. Sed ſolue vt dixi ſecundùm primam poſitionem caſus. Accur. ADDITIO. Dic ſecundùm Bar. quod eſt ſpeciale in filiis primi gradus, vt hîc. facit l.pater.in princip.s.eo.

*Ex donationibus*.] CASVS. Titius donauit vxori ſuæ Seiæ fundũ Titianum & Seianum pone, ex quibus ipſa facta eſt locupletior. deceſſit prædicta mulier inſtituto herede Gaio, & multa legata quibuſdam reliquit. nunc legatarij petunt legata à dicto Gaio herede mulieris, & heres vult detrahere vt æs alienũ illud quod maritus prædictus donauit dictæ ſuæ vxori, ideò quia illud tenetur heres reſtituere marito eo quòd donationes non valuerunt inter virum & vxorem. nunquid poteſt heres ita detrahere? Et dicitur quòd ſic. nam ex dictis donationibus ita fit locupletior mulier vel heres eius, vt tantò pauperior eſſe videatur, quantum tenetur marito reſtituere. tenetur autẽ reſtituere illud in quo facta fuit locu-
A pletior, & non plus. in vno caſu tamen tenetur reſtituere marito etiam ſi non eſt locupletior: vtputa ſi ex dictis donationibus minuit heres dolo vel culpa. nam quamuis non ſit tunc locupletior, tamen per eum factum eſt quo minus eſſet locupletior. vnde illa deminutio non eſt ad periculum viri, & computabitur nihilo minus eſſe in bonis mulieris quãtum ad commodũ legatariorũ. & hoc vult dicere iſte.§. Viuianus.

Ex donationibus in vxorem collatis, quod heres eius reddere [d] viro cogitur, in bonis mulieris non erit. nam ita fit locupletior, [e] vt tantò pauperior eſſe videatur. [f] quod autem heres indè minuit, [g] viro non perit. [h]

B Quod ex re legata percipitur, in Falcidia computatur: & heres debet habere quartam, & fructus quartæ à tempore mortis. Bartolus.

Fructus [i] prædiorum ſub conditione verbis fideicommiſſi relictos, [k] in cauſam fideicommiſſi non deductos, heres in ratione Falcidiæ ſic accepto facere [l] ſibi cogitur, vt quartam & quartæ fructus [m] ex die mortis bonorum quę mortis tempore fuerũt,

d *Reddere*. quod eſt in quo fuit locupletior donataria: vt.s.de do.inter vi. & vxo.l. ſi ſponſus.§. fina. ex quo ipſe prædeceſſit: vt.C.de dona. inter vi. & vxo.l.à marito. Accurſius.

e *Locupletior*. ſ. vir.

f *Videatur*. mulier, vel eius heres. vel ſecundò ita fit locupletior mulier, vt tantò videatur pauperior, quia tantum habet neceſſe reſtituere. Item reſpexit hæc lex quaſi abſit [a] quod abfuturum eſt: vt.s. de neg. geſt.l.ij.& l.ſi quis man. & econtra adeſſe quod eſt affuturum: vt.j. de reg.iur.l.qui actionem.

a] Simile in l. quæſitũ.§. fi s.de leg.3. ſic adeſſe dicitur res quãdo caſualiter adeſt. Bart. in. l. ſi ita s. eo. tit. de leg.3.

C g *Minuit*. dolo vel culpa.

h *Non perit*. ſcilicet ipſi heredi mulieris. argu.j. ad Trebel.l.mulier. §. ſed enim.

*Fructus prædiorum*.] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & multa legata & fideicommiſſa ab eo quibuſdã reliqui: inter quæ reliqui Seio fundum Titianum & Seianum ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit: & non rogaui heredem meum expreſsè quod reſtitueret à dicto Seio fructus dictorum fundorũ quos heres percipiet pendẽte dicta condit. fideicommiſ. & deceſſi poſtea. poſtea pendẽte dicta condi. fideicom. fundorũ heres percepit ex eis fundis multos fructus: & poſtea extitit dicta conditio. veniunt modo omnes legatarij & fideicõmiſſarij, & petunt ab herede legata & fideicõmiſſa. dicit heres, ego volo vobis detrahere Falcidiam. dicũt ipſi, tu non potes nec debes detrahere: quia tot fructus percepiſti ex fũdis relictis Seio, quod eis cõputatis tibi bene habes quartam. dicit heres, ego debeo lucrari dictos fructus: quia non fui rogatus
D de eis reſtituendis. quæritur modò, vtrum heres ita lucretur dictos fructus quòd eos ſibi non teneatur computare in quartam? & reſpon. quòd non: ſed cũ debeat habere quartam, quartæ fructus cõputat ſibi in dictam quartam, & in dictis fructibus quartæ dictos fructus ex fundis perceptos. nec impedit heredẽ quin habeat quartæ fructus perceptos ex quarta ex die mortis teſtatoris vſque nũc, quia ratio legis Falcidię cœpit habere locum tantũ poſt dictã conditionem fideicommiſſi exiſtentem. nam quãuis ratio legis Falcid. cœperit habere locũ poſt impletam dictam conditionẽ fideicõmiſ. tamen neceſſe eſt relinqui apud heredẽ integros fructus quadrãtis ſiue quartæ perceptos ex quarta ex die mortis teſtatoris vſq; nunc lucratur ergo heres fructus dictorum fundorũ perceptos pendẽte conditione, & tenetur eos ſibi cõputare in quarta, & quartæ fructus & ſuperfluos fructus fundorũ ſi quid de eis ſupereſt à quarta & quartæ fructibus, retinet ſibi heres. Viuianus.

i *Fructus*. qui ſati erant tempore mortis. alioquin non compu-
E tantur in Falci. vt inſti.eo.§. quantitas. &.j.eo.l.in quantitate. quæ ſunt contra. Azo.

k *Relictos*. non expreſsè, ſed per conſequentiam: vt ſubiicit, in ratione &c. quia cùm prædium legat ſub conditione, ſub eadem videtur legare & fructus. vbi ergo antè conditionẽ percipit heres, ſui ſunt, & computantur in Falcid. vt dicitur hîc. ſi autem expreſsè eſſent relicti, venirent in reſtitutionem: vt.j. ad Trebel.l. in fideicommiſ.in princ.&.§.j.

l *Accepto facere*. id eſt computare. & hoc eſt in quarta iure inſtitutionis. idẽ in Treb. vt computentur fructus, niſi in liberis primi gradus: vt.C.ad Trebel.l.iubemus. ſecus in quarta iure naturæ, in qua non computantur: vt.C.de inoffic. teſt.l. ſcimus. niſi in caſu: vt.s.de inoffic. teſta.l. Papinianus.§.ſi conditioni. Fructus ãn in quartam imputari debeant.

m *Quartæ fructus*. hoc eſt generale in omni quarta: vt infra ad Trebel.l. in fideicommiſ.

a *Nec ad rem.* id eſt ad impediendum quartæ fructus.
b *Cœpit.* lex Falcidia.
c *Fructus.* integros. ad hoc.j.ad Treb.l.mulier.§.ſi heres. Accur.

*Fideicommiſſum.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredes matrem ſuam & Seium, &.c. prælegauit matri vt augeret eiuſdem matris portionem in qua eam īſtitueret,& poſtea multa legata quibuſdam aliis reliquit & à matre, & à Seio coherede: ita quod dodrātem partis cuiuſlibet exhauſit: & poſtea deceſſit idem Titius. nūc mater petit dictum prælegatum à coherede ſuo, & coheres vult ei ſoluere: detrahit tamen Falcid. nunquid poteſt detrahere? Et dicitur quòd ſic. retinebit ergo ſibi coheres. xxv. de dictis cētum &.lxxv. dabit matri teſtatoris,& ipſa retinebit ſibi dicta lxxv. & etiam retinebit ſibi quartam portionis ſuę in qua fuit inſtituta, & de trib⁹ partibus portionis in qua fuit inſtituta,ſoluet legata à ſe relicta. dic ergo infra ſupplendum, id eſt augendum. Viuianus.

d *Fideicōmiſſum.* Filius inſtituit matrem cum alio: & vt augeret portionem matris,prælegauit ei fundum. Dic ergo ſupplendum, id eſt augendum. nam ſi velis dicere quod vellet ei ſupplere portionem.l.Falc. aut debitā iure naturæ, aut iure inſtitutionis.de prima non,quia iam eſſet falſum quod in fine.§.dicitur: quia in ea bene cōputantur quæ relinquuntur iure legati vel fideicommiſſi. in ſecunda non: quia illa non poſſet ſuppleri per legatum vel fideicōmiſ. ſed tantùm iure hereditario: vt.j.eo.l. in quarta. Dic ergo quod volebat augere portionem hereditatis quam ſibi reliquerat vt haberet eam maiorem.

Correctam ait Accur. & poſt eum Barto.per Nouell.1. §. non dabimus. excepta vltima parte huius legis.

habeat. Nec ad rem [a] pertinet quando Falcidia lex admiſſa ſit. Nam etſi maximè poſt impletā cōditionem fideicōmiſſum locū habere cœpit, [b] tamen ex die mortis fructus [c] quadrantis apud heredem relinqui neceſſe eſt.

Prelegatum defalcatur à coherede:& illud quod ſupra defalcationem remanet, in Falcidiam non imputatur. Bartolus.

Fideicommiſſum [d] portionis ſupplendæ gratia, pro qua matrē filius heredē inſtituit, eidē matri datum,ratione Falcidię [e] minuitur: & eam pecuniā mater ſupra quartā portionis ſuæ percipiet. [f] Quarta [g] quæ per legem Falcidiam retinetur: æſtimatione quā teſtator fecit, non magis minui poteſt, quàm auferri.

Falcidia non deducta ex vna re vel parte ſoluta poteſt deduci ex aliā re vel ex parte eidem ſoluenda. Bartolus.

XVI. SCÆVOLA *libro tertio Quæſtionum.*

SI ex pluribus rebus legatis [h] heres quaſdā ſoluerit, ex reliquis Falcidiam plenam per doli exceptionem retinere poteſt etiā pro his quæ iam data ſunt. Sed & ſi vna res ſit legata, cuius pars ſoluta ſit: ex reliquo poteſt plena Falcidia retineri.

e *Ratione Falcidiæ.* detrahit enim coheres Falci.vt hic, &.C.eo.l. à coherede. niſi & ipſe à matre coherede fideicommiſſ.ſibi relictum ſimiliter peteret: vt.j.eo.l. Neſennius.

f *Percipiet.* niſi ideo legatum datum eſt, vt integra legata à ſe relicta præſtet: vt.j.eo.quod autem. in fi.

*Quarta.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seiū, & legauit ab eo quibuſdā vltra dodrantē hereditatis ſuæ,ita quod nō remanebat heredi quarta hereditatis ſolutis legatis. Dixit autē idem teſtator quod res quæ remanebāt heredi, valebant plus q̃ in veritate valerēt,vel econtra dixit quod res legatæ valebant minus quàm in veritate valerēt:quæ ſi vera eſſent, ceſſaret Falcidia. Certè dicitur hîc quod his modis nō poteſt heredi Falcidia minui,vel in totū auferri.talibus enī enunciationibus teſtatorū non debet ſtari. Viui.

g *Quarta.* reliquit teſtator in legatis vltra dodrantem: ſed dixit quod res quæ remanebant heredi, valebant plus quā valerent,vel econtra quod res legatæ valerent minus quàm valerēt: quòd ſi verum eſſet, ceſſaret Falci. & dicit quod etiam hoc modo non poteſt Falci.minui:quod eſt iure veteri:vt hîc,&.s.e.l.§.j. hodie contra: vt in authē.de here.& Falc.§.ſi verò expreſſim.col.j.Et no.huiuſmodi enunciationibus non ſtari.ſic.C. de teſta.l. verba. & de proba.l.rationes.& authen.quod obtinet.& cō.vtriuſ.iu.l. ſcripta.&.s.de leg. j.l.ſi fundum.§.ſi libertus.&.j.eo.l.in Falcidia.

*SI ex pluribus.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & Seio legaui tot res,quod habet locum lex Falc.& deceſſi. poſtea heres meus ſoluit legatario prædicto quaſdā de dictis rebus non detracta ex eis Falci.nunc legatarius prędictus petit alias res ſibi legatas.certè poteſt heres ei opponere exceptionē doli donec detrahat ipſe heres plenā Falcid. pro his & pro aliis rebus quas ſoluerat legatario.& quod dixi in pluribus rebus legatis, habet locum in vna re legata. Viuianus.

A h *Legatis.* ſcilicet vni perſonæ:aliàs nō poſſet retinere Falcid.vnus ex legato alterius: ſed repeteret ſolutū ſi errore facti ſoluiſſet: vt.C. eo.l.error. Sed contra hanc.l.in authē.de hered.& Falci.§. non autem.colla.j. ſed ibi integrē ſoluit: hîc non. & facit.C.eo.l. in imponenda.in fi.Accurſius.

*SI poſt miſſionem.*] CASVS. Titius exiſtens in militia, & habens in bonis quadringēta tantùm, fecit teſtamentum in militia, & tota quadringenta legauit quibuſdam, & in eodē teſtaméto fortè cōfirmauit codicillos ſi quos poſtea cōtingeret eum facere: & ita valere debet illud teſtamentum iure militiæ. poſtea fuit miſſus de militia, & intra annū miſſionis fecit codicillos, & in eis legauit quibuſdā aliis. c. & deceſſit intra eundem annū miſſionis. Certè dicitur hîc quòd ex teſtaméto prædicto quod iure militiæ adhuc valet, debent præſtari legatariis plena legata, id eſt non detracta aliqua Falcidia. ex codicillis autē qui non valēt iure militiæ,debēt præſtari legata habita ratione legis Falcidię. qualiter autem diuidētur dicta quadringenta,vt ex ea quadringētorum parte quę tangit codicillos, extrahatur Falcid.ex alia autem parte quæ tāgit teſtamē tum, nō extrahatur Falcidia? Reſpondeo: Teſtator legauit inter teſtamētum & codicillos.c.vltra quàm haberet in bonis. vnde ſi legata codicillorum non paterentur Falci. deberēt diuidi bona in quinq; partes,& quatuor partes deberēt habere legatarij teſtamēti, id eſt trecenta viginti, & quintam partē debent habere legatarij codicillorum, id eſt octoginta. nā quintam partē quadringētorum videtur in codicillis legaſſe:cū.c.quæ vltra patrimoniū ſunt, ſint quinta quingentorū legatorum. cū ergo ex legatis in codicillis relictis debeat detrahi Falci. vt dictū eſt, retinebit heres de dictis octoginta quæ vidētur legata in codicillis, quartā partē,id eſt viginti, & tres partes dabit legatariis ſiue legatario codicillorū. i. ſexaginta. Viui.

Legata relicta in militia cum legatis relictis poſtea contrahuntur quoad deminutionē propter defectū patrimonij faciēdam ſed non quoad deminutionē faciendā ratione Falcidiæ. Bar.& Alex.

B XVII. IDEM *libro ſexto Quæſtionū.*

SI poſt miſſionem faciat codicillos miles, & intra annum decedat: ex teſtamento quod in militia iure militari fecit, plena legata: ex codicillis, [i] habita Falcidiæ ratione præſtari debere dicitur. [k] Sed res ita expedietur, ſi cū quadringenta haberet, teſtamento quadringenta, codicillis centū legauerit: ex quinta [l] parte id eſt octoginta quæ [m] ad legatarium ex codicillis peruenirēt: [n] ſi C Falcidiā nō pateretur, [o] quartā, id eſt viginti heres retinebit.

Filiusfamiliàs miles poteſt grauare patrē ab inteſtato vt peculium reſtituat: & per reſtitutionē peculium efficitur hereditariū: & fructus medio tēpore præcepti, in Falcid.computantur. Barto.

XVIII. PAVLVS *libro vndecimo Quæſtionum.*

D i *Ex codicillis.* per teſtamentum confirmatis: vt ſupra de mili. teſta.l.ſi certarum.

k *Dicitur.* idem econtra: vt.j.eo.l.fi.&.l. ſi miles. &.C.de teſt.mili. l.in teſtamento.&.C.eo.in teſtamento.Accurſius.

l *Quinta parte.* ſcilicet quadringētorum quorum quintam legaſſe in codicillis videtur: cùm centum quæ vltra patrimonium ſunt, non computentur: vt.j.eo.l.in quantitate.§.fina.

m *Quæ.* ſcilicet quinta.

E n *Peruenirent.* ergo quinta pars ex vnoquoq; legato decedit: quia eatenus cuique plus legauit quàm haberet. Azo. vt infra eod.l. in quantitate.

o *Non pateretur.* ſcilicet legatarius. & facit.s. de inoffi. teſtamen.l. Papinianus.§.ſi quis in.

*FIliusfamiliàs.*] CASVS. Gaius filiusfami. miles rediit de militia, & decedens fecit codicillos,in quibus commiſit fidei patris ſui vt peculium ſuum caſtrenſe reſtitueret Titio poſt mortem ſuam patris: & deceſſit hic filius: poſtea dictus ſuus pater tenuit multo tempore dictum peculium filij, & ex eo multos fructus percepit: & poſtea deceſſit idem pater, & ſic extitit dies reſtituēdi bona filij Titio prædicto. vnde Titius petit dicta bona ab herede patris, & heres patris vult ei reſtituere, deducta tamen quarta Trebellianica.quęritur,vtrum poſſit detrahere dictam quartam?& antequam ſoluat quęſtionem,interſerit quędā alia dicens.l.Falci.ſiue ſenatuſcōſul. Trebelliana habere locū etiā in ſucceſſionibus inteſtatorū. ſed in

FIliusfamilias qui militauerat, [a] decedens patris ſui fidei cõmiſit codicillis, vt peculium ſuum caſtrenſe Titio poſt mortẽ reſtitueret. Quærebatur an vt heres quartã [b] deducere poſſit. Dixi legẽ Falcidiam [c] inductã eſſe à diuo Pio etiam in inteſtatorũ ſucceſſionibus propter fideicõmiſſa ſed in propoſito nec hereditatẽ eſſe: [d] quãuis placeret [e] mihi, extraneo herede inſtituto fieri hereditatem aditione eius. Nã cùm apud patrẽ remanet: ius priſtinũ durat, & peculium eſt. Nec huic contrarium eſt, quòd in teſtamẽto eius qui apud hoſtes deceſſit, exercetur Falcidia. [f] Nã fictio legis Corneliæ & hereditatem & heredẽ facit. Sed me non [g] * dubitare quin debeat id quoq; indulgeri legis beneficiũ: ſiquidem quaſi patrisfamiliæ bona [h] reſtituere cogitur, & heres ſcriptus, [i] omiſſa ex teſtamento aditione, exẽplo edicti legatorum nomine cõuenietur. His conſequens erit, vt ſi ex fructibus medio tempore quartã & quartæ fructus habueris pater, etiã Trebellianũ ſenatuſconſultum inducamus, [k] & vtiles actiones exerceri poſſint, fiátq; hereditas poſt reſtitutionẽ.

Pretium rei dicitur capi iure hereditario, & ideò computatur in quarta. Bartolus.

XIX. SCÆVOLA *libro octauo Quæſtionum.*

SI dignũ decem fundũ damnetur heres quinque vẽdere, B ſine dubio quinque erunt imputanda [l] Falcidiæ.

Legatum inutile Falcidiã non inducit. Bartolus.

XX. IDEM *libro nono Quæſtionum.*

SI à ſeruo meo herede inſtituto mihi legetur, [m] & mihi adquiratur hereditas, negat Mæcianus id legatum in Falcidia [n] cõputari: quia non debeatur.

In curſu duarum cauſarũ inſpicitur illa quæ Falcidiam minuit, C & illa quæ repetitionẽ impedit. Bartolus.

XXI. PAVLVS *libro duodecimo Quæſtionum.*

SI pupillus [o] cui ſine tutore auctore decem mutua data ſunt, legatum à creditore meruerit ſub hac conditio ne, Si decem quæ acceperit, heredi [p] reddi-

ſed in noſtro caſu non fuit hereditas filij ſiue ſucceſſio ex hereditate. nam cum apud patrem remanet hereditas filij ex codicillis factis ab inteſtato per filium, ius priſtinum durat, id eſt peculium eſt, & non hereditas. & ſic videtur quòd non habeat locum Trebellianũ, quod dixi habere locum in hereditatibus ab inteſtato delatis, & reſtitui iuſſis: quamuis ſi filius prædictus inſtituiſſet extraneum, fieret hereditas peculium ſuũ adeũte herede. ſed huic quod dictum eſt non eſſe hereditatem apud patrem, ſed peculium, & ſic non habere locũ Trebellianum, videtur contra quod dicitur alibi. Titius fecit teſtamẽtum, & in eo reliquit legata, & poſtea fuit captus ab hoſtibus: & ſic teſtamentum ſuum fuit ruptum per captiuitatem, & ſic nõ videtur eſſe hereditas eius, nec heres. & poſtea deceſſit apud hoſtes. nã dicitur alibi quòd in dicto ſuo teſtamẽto habet locum Falcid. ſed non eſt contra, quia lex Cornelia fingit dictũ captũ mortuũ fuiſſe prima hora captiuitatis, & ita nõ eſſe ruptũ teſtamẽtum ſuũ, & ita eſſe hereditatẽ & heredem. vnde ſoluo tibi quæſtionẽ in principio legis poſitã, ſcilicet quod nemo debet dubitare quin beneficium ſenatuſconſulti Trebelliani indulgeri debeat patri ſiue heredi eius cũ reſtituit bona filij Titio ſupradicto, ſicut fuit in codicillis rogatus. & eſt ratio, quia pater cogitur reſtituere Titio bona filij quaſi bona patrisfa. licèt non vt hereditatem. nam & video alibi quòd ſi aliquis eſt heres inſtitutus, & ab eo ſunt relicta legata, & ipſe omittat adire ex teſtamento, & capiat bona ab inteſtato, licet non valeat teſtamẽtum tanquam aditione deſtitutum: tamen habet locum Falcid. per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. ſed eſt ita in hoc caſu: ergo idem eſt in noſtro caſu. ſ. vt in eo habeat locum Trebellianum, vt ſic pater ſiue heres eius poſſit detrahere quartam Titio cui reſtituit bona filij: ſi tamen ex fructibus medio tempore perceptis per patrem de bonis filij habeat tantum pater quantum capit dicta quarta Trebellianica, & fructus eiuſdem quartæ, omnia & integra bona filij reſtituet Titio, & poterit poſtea Titius fideicocommiſſarius exercere vtiles actiones contra debitores dicti filij: & dicta bona ſiue peculium filij quæ & quod non erat hereditas apud patrem, dicetur amodo eſſe hereditas apud Titium prædictum. Viuianus.

*Sed nemo dubitabit.

a *Qui militauerat.* quondam: ſed tempore codicillorum eſt veteranus. Accurſius.

b *Quartam.* Trebellianicam.

c *Legem Falcidiam.* id eſt ſenatuſcõ. Trebel. vt. j. ad Treb. l. j. §. hoc autem. & l. recuſare. §. j. & de alio iure inſtitutionis conſtat quod habet locum ab inteſtato: vt. C. quando di. lega. ce. l. fi. ſed hîc de ea poteſt loqui cùm inducatur ius ſimile.

d *Hereditatem eſſe.* vt. j. de caſtren. pecu. l. ij.

e *Placeret mihi.* & bene: vt. j. de ſtipu. ſeruo. l. ſi ſeruus communis. in prin. & j. de adquiren. rerum domi. l. in meo.

f *Exercetur Falcidia.* vt. s. ea. l. §. j. & non eſt ibi hereditas: quia imò eſt per fictionem: vt ſubiicit etiam hic.

g *Sed me non.* nunc ſoluit.

h *Bona.* licèt non vt hereditatem. ad quod eſt ſupra de mino. l. iij. §. Pomponius. Accurſius.

i *Heres ſcriptus.* pater à filio: vt. j. de caſtren. pecu. l. pater qui caſtrẽſe. §. j. Vel dic, heres ſcriptus, ſcilicet quilibet etiam à non milite: vt & ſupra eo. l. j. §. ad eos. & inducitur: licèt non valeat teſtamentum tamen habeat locum Falcidia: ergo idem in noſtro caſu. & facit. s. ſi quis omiſ. cau. teſta. l. ſi ſeruum. §. j. & j. ad Trebel. l. j. §. in filij.

Falcidia locum habet, licet teſtamentum nõ valeat.

& j. de caſtren. pecu. l. ſi filiusfamilias. & l. proponebatur.

A k *Inducamus.* quia omnia vult reſtitui nullo detracto: vt inſtit. de fideicommiſſa. heredi. §. reſtituta.

SI *dignum.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seium, & multa legata quibuſdam reliquit, & damnauit dictum ſuum heredem vt venderet Gaio fundũ teſtatoris Titianum pro quinq;, cũ valeret decem: & deceſſit dictus teſtator, & heres tradidit dictum fundũ dicto Gaio, & habuit ab eo. v. pro pretio. certè iſta quinq; quæ fuerũt pretiũ fundi, debet cõputare ſibi heres in Falcidia, ſiue in ratione legis Falcidiæ: quia ea habet heres iure hereditario: reliqua autem quinque intelligũtur legata emptori fundi. quod dic: vt j. eo. l. in ratione. §. j.

l *Imputanda.* quæ fuerũt pretium: quia ea habet iure hereditario. reliqua quinq; intelligũtur eſſe legata. & facit. j. eo. l. at veterani. §. j. & l. qui fundum. in prin. & l. in ratione. §. j. & s. de leg. j. l. & ſi æquo.

SI *à ſeruo.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Stichũ ſeruũ meum, & ab eodẽ meo ſeruo mihi lagauit. c. pone, & aliis etiã legata reliquit. poſtea dictus meus ſeruus adiuit hereditatẽ dicti Titij iuſſu meo, & ſic adquiſita eſt mihi hereditas prædicta, & ſic dictũ legatum nullius eſt momẽti. nam cùm habeã hereditatẽ per ſeruum meũ prædictum, nõ poſſum eſſe heres & legatarius. ſequitur ergo vt dictũ legatum nõ imputetur per Falcid. cum cæteris legatis. ſ. vt eam inducat: ſed vt eam ſummoueat. Viuia.

D m *Legetur.* quod legatum tenet à princ. ſed ſi iuſſu domini adeat heriditatem ſeruus, fit nullius: vt inſti. de leg. §. an ſeruo. in fi.

n *In Falcidia.* non computat in Falcidiam vt eam inducat, ſed vt eam ſummoueat: vt. s. de leg. j. l. cum filio. & l. à filio. & facit. j. eo. l. non dubium: & l. id autem. in fi.

SI *pupillus.*] CASVS. Titius mutuauit decem Seio pupillo ſine tutoris auctoritate accipienti, ex quo mutuo ipſe pupillus non factus fuit locupletior, & ſic non tenetur niſi naturaliter: vt infra de nouat. l. j. in fine. poſtea dictus Titius creditor fecit teſtamentũ, & inſtituit ſibi heredem Gaium, & legauit dicto pupillo Stichum ſub conditione ſi decem quæ acceperat ab eo mutuo, redderet dicto Gaio heredi. & multa alia legata reliquit quibuſdam, & poſtea deceſſit dictus teſtator, & poſtea pupillus numerauit decem heredi cauſa implendæ conditionis legati de Sticho, & habuit Stichũ ab herede. modo quæritur, vtrum dicta decem computentur heredi in Falcid. quam vult detrahere legatariis? Et videtur quòd nõ, E quia ea quæ heres capit cauſa implendæ conditionis alicui legatario impoſitæ, non ſolet computare ſibi in Falcid. vt. j. eod. id autem. cum ſimilibus. Dicitur tamen hîc quòd bene computatur heredi. in Falcid. quia pupillus numerando heredi creditoris dicta decem, vna numeratione implet conditionem legati, & liberat ſe à naturali obligatione qua tenebatur pro dicto mutuo, & ita videtur heres recipere dicta decem vt debitum hereditarium: debita autem hereditaria bene computantur in Falcid. heredi. & adeo videtur dictus pupillus ſoluere dicta decem heredi vt debita, vt etiã ſi repudiet idem pupillus legatum Stichi, vel moriatur dictus Stichus legatus. non poſſit ea decem repetere pupillus iure communi. Viuianus.

o *Si pupillus.* pubertati proximus: vt non ob. s. de condic. indeb. l. quod pupillus. & non ſit locupletior: aliàs etiam ciuiliter teneretur: vt inſtit. quib. alie. licet. §. j. Accurſius.

p *Heredi.* ſcilicet creditoris.

UNED

derit: vna numeratione [a] & implet conditionem, & liberatur [b] naturali obligatione, vt etiam in Falcidia heredi imputẽtur: quãuis non imputarentur ſi tantùm conditionis implendæ cauſa data fuiſſent. [c] Adeo autem & ſoluere [d] videtur, vt repudiato legato, vel Sticho qui legatꝰ eſt, mortuo, nihil repetere poſſit. [e]

B Si iurę poteſtatis vel dominij portio nõ grauata adcreſcit portioni grauatæ, fit contributio: ſecus ſi econuerſo. Bartolus.

Si ego & ſeruus meus heredes inſtituti ſimus ex diuerſis [f] partibꝰ, nec à ſeruo erogatus dodrãs [g] his quibus à me legatum [h] eſt, cõtra Falcidiam proderit quod ex portione ſerui ad me peruenit ſupra Falcidiam eius [i] portionis. ex cõtrario [k] ſi ſeruo meo ſeruus & mihi [l] decẽ legata fuerint: ſerui Falcidia ex decẽ [m] mihi legatis non tenetur, * exemplo [n] eodem Falcidiæ. † nam quartã retineo ex perſona ſerui, quamuis de mea portiõe † nihil exhauſtũ ſit.

B Id quod iure prælegati percipitur, in quartã non imputatur, niſi reſpectu eius à quo percipitur: ex hac cauſa nõ detrahitur: quo ad alios pro detracto habetur. Alex.

XXII. IDEM *libro ſeptimodecimo Quæſtionum.*

NEſennius Apollinaris Iulio Paulo: Ex facto domine ſpecies eiuſmodi incidit,

a *Numeratione*. facta tutoris auctoritate.

b *Et liberator*. vt & .j. de ſol. l. & in numerationibus. §. j. & l. Stichũ. A §. aditio. & .j. quando dies leg. ced. l. cum illud. §. heres.

c *Fuiſſent*. vt .j. eod. l. id autem.

d *Soluere videtur*. vt debitum.

e *Repetere poſſit*. quod aliàs poſſet, niſi eſſet debitum: vt .s. de condict. ob cau. l. j. §. j. Item hoc iure communi naturali debito impediente repetitionem: vt ſupra de condict. indebi. l. naturaliter. & l. frater. & .j. de fideiuſ. l. heres à debitore. §. quòd ſi hic ſeruus. ſed per in integrũ reſtitutionẽ iuuatur: vt .s. de condict. indeb. l. interdum. & .j. de act. & oblig. l. pupillus.

*Si ego & ſeruus.*] CASVS. Titius fecit teſtamẽtum, & inſtituit me & ſeruum meum heredes ex æqualibus partibus vel inæqualibus, & multa legata reliquit à me ex parte quam mihi reliquit, & multa legata reliquit à ſeruo meo ex parte quam ei reliquit: veruntamen ſolutis legatis à ſeruo meo relictis remanere poteſt de parte ſerui quadrans ſuæ partis, & etiam vltra, puta duo. dodrans autem meæ partis erogatus eſt per legata. C & etiam vltra, ita quòd quadrans meæ partis nõ remanet mihi integer. & deceſſit dictus teſtator. nunc ego habeo meam partem hereditatis, & etiam partem dicti mei ſerui. vnde legatarij etunt à me legata à me relicta, & legata relicta à dicto meo ſeruo, & ego volo detrahere Falcidiam illis quibus à me eſt legatum, & ipſi volunt quod ego imputem mihi in dicta Falcidia illud quod peruenit ad me de parte in qua ſeruus meus fuit inſtitutus vltra Falcidiã portionis ſeruo meo prædicto relictæ: id eſt duo prædicta. nũquid debeo mihi imputare? & dicitur quòd ſic. Secus autem eſt econtrario, puta ſi portio ſerui mei inſtituti à dicto Titio fuit grauata vltra dodrantem, mea vero in parum vel nihilum fuit grauata: puta ſi ſeruo meo, id eſt à ſeruo meo ſeruus legetur cuidam extraneo: & per hoc legatum excedit dodrans ſuæ portionis in qua fuit inſtitutus. & mihi, id eſt à me legata fuerunt decem cuidam alij, quæ decem ſiue legatum quorum decem non excedunt dodrantẽ portionis in qua ego fui inſtitutus. certè Falcidia ſerui, ſcilicet legati à D dicto meo ſeruo non tenebitur ſiue retinebitur ex dictis. x. à me legatis: vt ſic integre detur ſeruus à ſeruo meo legatus, ſcilicet legatario. non tenebitur dico ad exemplum Falcidiæ, de qua dicitur ſupra proxi. reſpond. imò detraham quartam de ſeruo. quartam enim retineo de perſona dicti ſerui: quamuis de mea portione nihil de dodrante exhauſtum ſit. & hoc dicit hic. §. Et extra caſum poſſet eſſe talis ratio inter hunc vltimum & primum caſum: quia ſi hîc meus ſeruus heres pro parte inſtitutus eſſet libera perſona: in hoc ſecundo caſu bene poſſet retinere Falcidiam: vt infra eod. l. in ſingulis. ergo ex perſona ſerui ego eius dominus retinebo. pars enim ſerui grauata acceſſit in hoc ſecundo caſu meæ parti nõ grauatæ. vnde mea non grauata non prodeſt legatario grauatæ quæ mihi acceſſit: ſed ſuperiori caſu huius. §. non poſſet ſeruus meus retinere Faicidiam etiam ſi liber eſſet, vtpote cum nihil ab eo legatum fuerit: vel ſi fuit ab eo legatum, non fuerit dodrãs ſuus grauatus, imò duo remanſerunt in parte ſerui mei vltra quadran- E tem ſuum: vt .s. dixi. & ſua pars non grauata acceſſit meæ grauatæ. vnde meis legatariis prodeſſe debet. ad quæ facit quod not. .s. eo. l. j. §. id quod. Viuianus.

f *Ex diuerſis*. vel æqualibus, non curo. H.

g *Dodrans*. ſcilicet ſuæ portionis: quia dodrans & aliquid vltra ſibi remanet, puta duo.

h *Legatum eſt*. vltra dodrantem meæ portionis.

i *Eius*. ſerui ſecundum prædicta duo.

k *Ex contrario*. quia hîc & ſupra ego & ſeruus meus fuimus inſtituti. ſed .s. ſua portio non fuit grauata vltra dodrantem, mea ſic. hîc econtra ſua portio grauata fuit vltra dodrantem: mea vero in parum vel in nihilum grauata fuit. ſuperiori ergo caſu ſua pars mihi accreſcens proficit meis legatariis. hîc non prodeſt mea nõ grauata ſuis legatariis, ſicut obſeruatur cũ accreſcit mihi deficiens coheredis portio: vt infra eod. l. quod ſi alterutro. Dic ergo ſi ſeruo, id eſt ſi à ſeruo meo inſtituto mecum legetur extraneo ſeruus, & exceditur dodrans ſuæ portionis: mihi autem, id eſt à me legentur. x. cuidam alij, quæ ſcilicet meum dodrantem non excedunt, Falcidia ſerui ſcilicet legati non retinebitur ex. x. à me legatis quin integrè dentur. & hoc exẽplo eodem, id eſt loquente ſimili modo in Falcidia quod ſubiicit, ſcilicet quando à me nihil eſſet legatum. & ſic argumen. de nihilo ad parum. Alij ponunt quòd cũ ego & ſeruus meus eſſemus inſtituti, à me ſibi fuit prælegatus ſeruus, & à ſe mihi decem. nam licèt ſibi detrahã, ipſe tamen nõ detrahet mihi in decẽ. & ſecundùm hoc, ſeruo meo, eſt datiui caſus: & mihi, bis poſitum propriè ponitur: ſed ſecundum primam, ſeruo, eſt ablatiui caſus. &, mihi, ponitur pro, à me. ſed huic poſitioni repugnat ſecundùm H. ſupra eo. l. ſi à ſeruo meo.

l *Decem mihi*. i. à me.

m *Ex decem mihi*. id eſt à me.

n *Exemplo*. expone vt prius. & dic non retinebitur exemplo Fal- C cidiæ ſuperioris: quia ſi hic ſeruus eſſet libera perſo na, bene poſſet retinere Falcid. ſerui legati. ſic ergo & dominus ex perſona ſerui. ſed ſuperiori caſu nulla Falcid. poteſt retineri ex perſona ſerui: cum non erat grauatus vltra dodrantem.

* retinetur.

† Sunt qui putent hîc legendum Falcidianã quartam

† An & quãdo de legatis particularibus detrahatur Falci. vide do. Ange. in authẽ. de here & Falc. §. ſi vero expreſſim. colla. 7. colũ. I. Bart. in l. coheredi. §. quæ ita. .s. de vulg. & pu. ſub.

NEſennius Apollinaris.] CASVS. Titia heredes ſibi inſtituit tres ſuas filias, & à ſingulis legata inuicem dedit. ab vna tamẽ dictarum filiarum ita legauit tam coheredibus eius quàm extraneis, vt in ſua parte ſit locus Falcid. & deceſſit dicta Titia. nunc quæritur hîc de duobus. Primum eſt, vtrum dicta filia grauata poſſit vti Falcidia aduerſus ſorores ſuas coheredes, à quibus ſororibus & ipſa legata deſtinatione accepit? Secundum eſt, ſi non poſſit vti Falcid. ipſo iure aduerſus ſorores ſuas, vel ſi poſſit vti Falcid. prædicta, eſt remouenda tamen exceptione: id eſt replicatione doli à dicta Falcid. habenda: quo modo poſſit inire computationem legis Falcid. aduerſus dictos extraneos legatarios? & reſpond. primò ad ſecundam quæſtionem, ſcilicet quemadmodum aduerſus ex- D traneos poſſit inire computationem legis Falcid. dicebãt enim extranei legatarij dictæ filiæ grauatæ: tu debes tibi computare in Falcid. quam nobis vis detrahere, id quod à ſororibus coheredibus tuis percepiſti vel percipere debes nomine legatorum. dicit filia, illud non debet vobis proficere quo minus Falcidiam patiamini. certè optimè dicit filia. conſequetur ergo filia legata à coheredibꝰ: & non proderunt legatariis extraneis quo minus Falcidiam patiãtur. Nunc vult reſpondere iuriſconſultus ad primam quæſtionẽ, ſcilicet vtrum dicta filia grauata poſſit vti Falcid. aduerſus ſorores ſuas à quibus ipſa legata deſtinatione percepit. & cum quæſierit de hoc in fœminino genere, ſoluit hîc in maſculino, & dicit: Sed cùm is, ſcilicet coheres magis grauatus, qui legatum, ſcilicet magnum præſtaturus eſt, ſcilicet coheredi ſuo, ab eodem coherede aliquid modicum ex teſtamento petit, non eſt audiendus deſiderans vti aduerſus coheredem Falcidiæ beneficio, ſcilicet ſi id quod percepturus eſt ex voluntate teſtatoris ſiue teſtatricis à coherede E ſuo prædicto: id eſt modicum legatum de quo dixi, ſuppleat illud quod deducere deſiderat nomine Falcid. de legato magno à ſe relicto dicto ſuo coheredi. de quo pono tibi taliter exemplum: Pone quod ab eo herede nomine meo Titio fuerunt legata coheredi ſuo Seio pone quadraginta, & ipſe vult ex eis deducere Falcid. puta x. certe non poterit hoc facere ſi tantundem, id eſt. x. vel plus eſt à coherede illo relictum ſibi. præſtabit ergo coheredi ſuo integra quadtaginta non detracta ex eis aliqua Falcidia. ſed ſi à dicto Titio fuerunt aliis relicta legata, nunquid in ratione Falcidię computabit illis aliis vniuerſum quod coheredi ſuo Seio dedit: id eſt quadraginta: vt ita maiorem eis detrahat Falcidiam? & reſpond. quod non, ſed imputabit eis quantum daturus eſſet coheredi ſi nihil ab eo coherede perciperent. daturus autem eſſet tunc coheredi. xxx. cum de. xl. detracturus fuiſſet tunc quartam, id eſt. x. Viuianus.

Æquis.

Titia filias ſuas tres numero æquis [a] ex partibus ſcripſit heredes, & à ſingulis legata inuicem dedit: ab vna tamen ita legauit tam coheredibus eius, quam extraneis, vt Falcidiæ [b] ſit locus. Quæro, an aduerſus coheredes ſuas à quibus legata & ipſa accepit, [c] vti poſsit Falcidia: & ſi non poſsit [d], vel doli exceptione ſummouenda [e] eſt, quemadmodum aduerſus extraneos computatio Falcidiæ iniri poſsit. Reſpondi [f]. Id quidem quod à coherede [g] legatorum nomine percipitur, non ſolet legatariis proficere [h] quò minus Falcidiam patiantur. ſed cum [i] is qui legatum [k] præſtaturus eſt [l], ab eodem aliquid [m] ex teſtamento petit: non eſt audiendus deſiderans vti aduerſus eum Falcidiæ beneficio, ſi id quod percepturus eſt ex voluntate teſtatoris, ſuppleat quod deducere deſiderat. Planè cæteris legatariis non vniuerſum [n] quod coheredi præſtat, imputabit: ſed quantum daturus [o] eſſet ſi nihil ab eo [p] perciperet.

Si à ſeruo inſolidum inſtituto & à domino fiunt legata, prius ſoluuntur legata relicta à ſeruo quam à domino: & ſi dominus inſtitutus repudiat, & per ſeruũ ſubſtitutum adquirat hereditatem: prius ſolui debent legata in inſtitutioue relicta. Alexander.

Seruo herede inſtituto, ſi à domino fideicommiſſa, à ſeruo legata data ſunt: prius ratio legatorum [q] habenda eſt: deinde ex eo quod ſupereſt, fideicommiſſorum [r]. Dominus enim ideò tenetur [ſ], quòd ad eum peruenit. B Peruenit autem quod deductis legatis ſupereſt. Planè Falcidiam exercet [t]. Sed & ſi dominus omiſſa hereditatis aditione ſeruum ſibi ſubſtitutum adire iuſsit, prius erogantur quæ ab ipſo domino data [u] ſunt: tunc eorum quæ à ſeruo relicta ſunt, ratio initur, ſi patitur Falcidia.

Si liberatio relinquitur debitori: in ratione legis Falcidiæ pro locupletiore habetur. alias an ſit C ſoluendo inſpicitur. Bart.

Si debitori liberatio legata ſit: quamuis ſoluẽdo non ſit, totum legatum cõputetur: licèt nomen hoc non augeat hereditatem, niſi ex euentu [x]. Igitur ſi [y] Falcidia locũ habeat, hoc plus videbitur legatũ, quod huic legatũ eſſet. cætera quoq; legata minuentur per hoc, & ipſũ hoc per alia [z]. capere enim videtur, eo ꝙ liberat. Sed ſi alij hoc nomẽ leget: nullũ legatũ [a] erit, nec cæteris cõtribuetur. [b]

a Aequis. vel non æquis.

b Falcidiæ. detrahendæ.

c Accepit. deſtinatione.

d Et ſi non poſsit. ipſo iure, vel doli exceptione: id eſt explicatione, ſcilicet ſaltem. quemadmodum, &c.

e Summouenda. ſi velit vti Falcidia.

f Reſpondi. quò ad [c] ſecundum.

g A coherede. hoc ſi percepit pecuniam heredis vel corpus non hereditarium, nec enim imputat niſi à defuncto ſit dictum· vt infra e. l. quod autem. ſi verò percipiat hereditariam pecuniam totam imputat: vt infra ad Trebell. l. deducta. §. nummis. & ſupra de lega. ij. cùm pater. in princip. ſi autem corpus hereditarium, imputat hereditariam partem ſi detrahit Falcid. contra voluntatem deſũncti: alioquin imputat quartam hereditariæ partis: vt infra eod. l. Titia. [b] & l. in quarta. & ad Trebel. deducta. §. nummis. & C. familiæ erciſcun. l. filiũ. hæc vera in quarta Trebel. ſed in quarta iure naturæ vel inſtitutionis videtur quod nihil computet per. l. infra eo. l. in quarta. & l. quod autem ſed certè & ibi poteſt idem dici quatenꝰ capit iure hereditario.

a] Placet Cy. ſed ſecũdum Bart. & Alex. ponitur vnũ conferens ad ſolutionẽ quæſtionis.

b] Qua licet loquatur in Trebelliani ca: vindicat ſibi locũ in Falcidia per iſtam glo. ſecundũ Bart. & Alex.

h Proficere. ſcilicet aliis ſed coheredi à quo percipitur, prodeſt: vt ſubiicit. ſed cùm is, &c. ſed certè aliis in aliquo: vt in fine huius. §.

i Sed cùm. nunc ad primam quæſtionem: & dic is coheres magis grauatus. Accurſius.

k Qui legatum. ſcilicet magnum.

l Præſtaturus eſt. ſcilicet coheredi.

m Aliquid. ſcilicet modicum. igitur ſi. xl. legata ſunt ab eo coherede, & ex eis velit deducere quartam puta decem: non poterit ſi tantundem. i. decẽ vel plus eſt à coherede illo relictum. Accurſius.

n Non vniuerſum. id eſt in tota quadraginta.

o Daturus. ſcilicet triginta.

p Ab eo. ſcilicet coherede. & facit infra eod. tit. l. antepenul. & ſ. eo. l. quod de bonis. §. penul. & ſupra de his quibus vt indignis. l. heredi. in fi.

Seruo.] CASVS. Inſtituit mihi heredem Stichũ ſeruum Titij, & ab eodem ſeruo reliqui multa legata quibuſdã: & à dicto Titio domino ſerui reliqui quibuſdam multa legata ſiue fideicõmiſſa ſpecialia, & deceſſi. certè prius eſt habenda ratio legatorum à ſeruo relictorum. poſtea de eo quod ſupereſt, eſt habenda ratio fideicõmiſſorum à domino ſerui relictorum. & eſt ratio: quia dominus ſerui ideò tenetur ad fideicommiſſa à ſe relicta, quia ad eum peruenit hereditas in qua fuit inſtitutus ſeruus ſuus. peruenit autem ad eum dominum illud quod ſupereſt de hereditate deductis legatis à ſeruo ſuo relictis. veruntamen exercet dominus Falcidiam in legatis relictis à ſeruo ſuo; & etiam in fideicommiſſ. relictis à ſe domino. Sed pone quòd inſtitui mihi heredem dictum Titium dominum ſerui, & ab eo reliqui legata quibuſdã, & ſubſtitui eidem domino dictum ſuum ſeruum, & ab eodem ſeruo reliqui legata quibuſdam. & dominus omiſit hereditatem ex inſtitutione, & iuſſit ſeruo ſuo vt adiret ex ſubſtitutione. certè in hoc caſu prius debent ſolui legata à domino relicta, & poſtea ſoluuntur legata relicta à ſeruo ſubſtituto, & ita demum ſoluuntur integra legata relicta à domino & à ſeruo, ſi patitur Falcid. aliàs de vtriſquẽ detrahitur Falcid. & ita intelligo hunc. §. Viuianus.

A q Legatorum. à ſeruo relictorum.

r Fideicommiſſorum. ſcilicet ratio habenda eſt.

ſ Tenetur. ad fideicommiſſa.

t Exercet. in legatis & fideicommiſſis, niſi in caſu: vt ſupra de lega. j. l. cùm filio. Azo.

u Domino data ſunt. imò prius eorum quæ à ſeruo: vt ſupra ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. l. Iulianus. ij, reſpon. quę eſt contra. Solu. ibi recitat Iuliani opinionem. Vel ibi in patre, hic in domino. Vel melius relictorum inſtitutione omiſſa primò fit præſtatio: vt hîc, & dicta l. Iulianus. j. reſpõ. ſed in relictis in ſubſtitutione ſecus: quia prius ſoluũtur quæ ſunt à ſeruo vel filio relicta. quàm quæ à patre vel domino, vt ibi ij. reſp. vel dic vt ibi. Itẽ nunquid detrahitur Falcid. de relictis inſtitutione omiſſa? videtur quòd ſic: vt ſupra ſi quis omiſſa. cau. teſta. l. duo. §. admonẽdi. & l. cui. in fine. & hîc ibi ſi patitur, &c. ſi referas ad omnia. ad quid igitur cõſideratur hic ordo? ſed reſpondet imò poterit eſſe ꝙ prima ſoluuntur, quia hoc patitur dodrans, & æs alienum: ſecunda non; quia propterea æs alienũ minuitur? vt. ſ. ſi quis omiſ. cau. teſt. l. quia autem. in princi. & eſt hic notandũ quõd non cõtribuitur omnia legata. ſic & ſ. eo. l. & ſi poſt. eſt & tertius in dicta. l. quia autem in prin. aliàs contra: vt ſupra eo. l. in ratione. §. quod vulgo. & infra eo. l. in quantitate. i fin. & infra proxi. §. Accurſius.

D Si debitori.] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & Seio debitori meo exiſtenti non ſoluendo legaui liberationem; & multa alia legata aliis reliqui, & deceſſi. nunc apparet quòd habet locum Falcidia in legatis à me relictis. nunquid dictum legatum liberationis computabitur in ratione legis Falcidiæ cum aliis legatis: vt ſic hoc plus videatur per me teſtatorẽ legatum quod legaui huic debitori non ſoluendo exiſtenti? & reſponditur quòd ſic. igitur cætera legata minuentur per hoc legatũ, & hoc ipſum legatũ minuetur per alia legata. nam dictus debitor non ſoluendo exiſtẽs videtur ideò à me teſtatore capere, quòd liberatur à me, ſiue quòd ei liberationem relinquo. Sed retentis omnibus aliis quæ dixi, pone quòd prædictum nomen debitoris non ſoluendo exiſtentis legaui alij. certè in hoc caſu nihil videbitur eſſe legatum illi cui legaui dictum nomen, nec cæteris legatis connumerabitur in ratione legis E Falcidiæ interim donec debitor eſt non ſoluendo. Viuianus.

x Ex euentu. ſcilicet ſi ampliatæ fuerint facultates: vt. j. eod. l. cum quo de peculio. Azo.

y Igitur ſi. audi qualiter computatur.

z Per alia. & ideò legata dicuntur contribui & fideicommiſſa: vt hîc. ſed fallit in tribus caſibus: vt not. ſupra proxi. §. Item nota quòd inutilia non contribuuntur cum vtilibus: vt. j. eo. l. in ratione. §. fin. & §. penult.

a Nullum legatum. ſ. interim, niſi vendatur alicui dubius euentus: [c] quod fieri conceditur: vt. j. eo. l. quærebatur. §. fi. vel niſi ex euentu conualeſcat: vt. j. quando dies leg. ced. l. cum iſtud. §. fina.

b Contribuetur. ſcilicet interim, vt ibi dixi.

c] Sic poſſũ vendere ius litis collitigatori, quãuis dubius aliquo tempore. l fin. & ibi Bart. ſ. de pecu. l. proinde. ſ. ſi cer pe.

Si fundus.] CASVS. Titius legauit mihi fundum Titianum, & viam ad eum fundum per fundum ſuum Seianum. & pone ꝙ dictus fundus Titianus valebat triginta, & via valebat. x. & multa legata aliis reliquit; ita quòd legatis exhauſit hereditatem ſuam

Ne legatum pereat, vna res pro alia defalcatur. Bartolus.

XXIII. SCÆVOLA *libro quintodecimo Quæſtionum.*

SI fūdus mihi legetur, & via:[a] in Falcidiæ ratione, ſi tantum ſit in via,[b] quantū* amplius[c] eſt in Falcidia: integer fundus capietur, & via peribit. Sed ſi via legetur, nec ſoluendo ſit hereditas, nō debebitur.[d] Videndū etiam, ſi fundo & via legato, minus ex vtroque deſideret,[e] quàm ſit viæ prætiū. [&] poteſt coacta ratione dici, nō tantū fundum[f] ſolidum capi, ſed etiam vt doli exceptio tātum ſarciat,[g] quantū deeſt: ne plus habeat[h] quàm Falcidia deſiderat: vt tunc ſolùm via intercidat, quotiens plus Falcidia deſiderat, quàm eſt viæ pretium.[i]

* quanto.

De re quā heres ſubtraxit, Falcidiam detrahere non poteſt: & id quod ex re legata percipitur, in quartam imputatur, ſi res erat teſtatoris: ſecus ſi heredis. h.d. tota lex. Alexander.

XXIIII. PAVLVS *libro quartodecimo Reſponſorū reſpondit.*

FAlcidiæ legis rationem ſi haberi oportet, ita habendam ac ſi hæ res quæ ab herede ſubtractæ ſunt, in hereditate relictæ non fuiſſent.[k] Idem reſpōdit, partus ancillarum[l] ante diem fideicommiſſi editos, ad heredes eius qui rogatus eſt, pertinere: eóſque in quartā & quartæ[m] fructus computandos, ſi de lege Falcidia quæſtio intercedat.

Idem reſpondit, fructus ex propria re heredis quæ legata eſt, poſt diem fideicommiſſi cedentem perceptos, etſi non ſint reſtituendi fideicommiſſario,[n] heredi in quartam imputari non ſolere.[o]

In vulg. edit. eſt lex, Paulus reſpōdit.

Si portio non grauata accedit grauatæ, iure patriæ poteſtatis fit contributio. Bartolus.

XXV. SCÆVOLA *libro quarto Reſponſorum.*

MAritum ſuum & filium cōmunem ęquis partibus he-

---

vltra dodrantem, & poſtea deceſſit. nunc heres eius vult detrahere Falcidiam de legatis. dicitur ergo hîc quòd pretium viæ æquiualet Falcidiæ detrahendæ de fundo Titiano, & de via. in hoc caſu perit via, & fundus Titianus integer mihi debet dari. & hoc dicit in primo reſponſo huius legis. Et ſi quæras extra caſum, quare nō detrahitur Falcidia de fūdo Titiano, & de via? Reſpon. quia ſi via conſtitueretur, fundo pro parte indiuiſa, & via pro parte etiam conſtitueretur, quod eſſe nō poteſt: vt.j.eod.l. Plautius. in fin. &.s. de ſerui. vt pomum.§.fin. &.l. & pro parte.&.s.eod.l.j.§. ſi vſusfructus. Et eodē modo reſpondeo ſi quæras quare Falcid. non detrahitur de ſolo fūdo: quia ſic ſeruitus conſtitueretur fundo pro parte indiuiſa, quod eſſe non poteſt, vt dictum eſt. & hāc rationem vocat infra coactam rationem. in ſecundo reſponſo dicit: pone quòd viā ſimpliciter mihi legauit dictus teſtator, nec inuenitur ſoluendo hereditas eius. certè non debetur mihi via, prædicta ratione. nam ſicut dictū eſt in primo caſu perire viam exhauſta hereditate legatis, ita dicendū eſt exhauſta hereditate propter æs alienum perire viam, ſicut pereunt alia legata. In tertio reſponſo dicit: ponamus quòd via valet pluſquam ſit Falcidia quæ debet detrahi ex fundo & ex via. certè debeo capere fundum inſolidum, & totam viam. poterit tamen in hoc caſu heres opponere mihi legatario exceptionem doli donec ſoluam ei tantum quantum erat detrahendum nomine Falcid. ex fundo & ex via. nam tunc intercidit via quando nomine Falcid. tantum eſt detrahendum de fundo & de via quantum eſt viæ pretium, vel etiam plus. hic autem via valebat pluſquam eſſet de vtroque detrahendum nomine Falcidiæ. Viuianus.

a *Et via.* ad eundem fundum per alium fundū teſtatoris. & fundus triginta, & via decem valet hereditas eſt exhauſta, & ſic emergit Falcidia. dic ergo aut pretium viæ æquiualet Falcidiæ vtriuſq;: & tunc perit via, & fundus integer datur, vt in themate præmiſſo. Idem ſi æs alienum exuberet: quia extinguitur viæ legatum, vt cætera legata. aut via valet plus, & tunc petitur totus fundus, & tota via: ſed obiicitur exceptio niſi offeratur in pecunia quanta eſt Falcidia vtriuſque, aut via valet minus quàm Falcidia, & tunc via perit. Sed quare tam extraneus modus inuenitur? Rſpon. non poterat ſtatui quòd via præſtetur inſolidum, & Falcidia reſecetur de fundo: quia ſic legatarius haberet duas partes fundi pro indiuiſo, heres tertiam, & ita inciperet ſeruitus deberi legatario pro parte indiuiſa, quod non poteſt eſſe: vt.s.de ſeruit.l. vt pomum.§.j.&.l. pro parte.&.j.eo.l. Plautius.§.finali. Item de vtroque reſecari non poteſt: quia via eſt indiuidua: vt.s.eo.l.j.§. ſi vſusfructus. & hanc rationem vocat lex coactam. exigit ergo lex iſta vt via potius pereat in primo & vltimo caſu legis.

b *In via.* id eſt viæ pretio.

c *Amplius.* quantum ad plus: quia nec plus, nec minus. Accur.

d *Non debebitur.* ſcilicet iure communi: quia nec alia legata debentur: vt.j.ad Trebellia.l.j.§.is qui.

e *Deſideret.* ſcilicet ratio Falcidiæ.

f *Fundum.* id eſt fundum & viam.

g *Sarciat.* ſcilicet heredi.

h *Habeat.* legatarius: vt ſupra de legatis.ij.l. cùm pater. in princ. Item nota quòd de vna re trahitur Falcidia etiam ex altera: vt infra eod.l. planè.

i *Pretium.* ſcilicet tantum: vt in prin. legis.

FAlcidiæ.] CASVS. Hæc lex ponit tres caſus. Primus eſt talis: Heres Titij, in cuius Titij hereditate habebat locum lex Falcidia, ſubtraxit quaſdam res de hereditate. certè perinde habenda eſt ratio Falcid. ac ſi dictæ res ſubtractæ non fuiſſent relictæ in hereditate, quaſi dicat, non detrahet heres de eis Falcidiam. Secundus eſt talis: Inſtitui mihi heredem Titium, & rogaui eum per fideicommiſſum vt duas pone meas ancillas daret vel reſtitueret Seio poſt mortem ſuam heredis, & poſtea deceſſi. & poſtea dictus meus heres antè mortem ſuam habuit partū dictarū ancillarum: & poſtea deceſſit dictus meus heres. nūquid heres heredis mei debet reſtituere dictum partum dicto Seio? Et dicitur quòd nō. computat tamē eum partum ſibi in quartam, & quartę fructus, ſi habeat locū lex Falcidia. In tertio caſu dicit: Pone quod rem heredis mei per fideicommiſſum reliqui Seio, & poſt diem fideicōmiſſi cedentem heres percepit ex dicta re fructus: nūquid tenetur fructus fideicōmiſſi reſtituere? Et dicitur quòd nō: ſed remanet apud heredē: & tamen non imputat eos ſibi in quartā, quāuis in ſuperiori ſecūdo caſu computet, vt ibi dictum eſt. Viuianus.

k *Non fuiſſent.* in præiudicium heredis vt Fal. non deducat: vt.s.de iis quibus vt indignis.l. reſcriptū. &. C. de lega.l. non eſt dubium.

l *Ancillarū.* ſ. hereditatis.

m *Et quartæ fructus.* ſic ergo partus eſt fructus. Sed contra inſtitu. de re. diui.§. in pecudum. Solu. ſecundum quid non eſt fructus, vt ad fructuarium pertineat: ſed ad bonæ fidei poſſeſſorem ſic: vt nota ſupra de vſur.l. in pecudum. Item no. antè diem: ſecus ſi poſt diem: quia tunc diſtinguitur, vel ſuam, vel alienam rem legauit teſtator: vt not. ſupra de vſur. l. equis. & facit ſupra eod.l. quod de bonis.§. fructus.

Partus quādoque fructus dicitur.

n *Fideicommiſſario.* vt &.s.de vſur.l. equis.

o *Non ſolere.* hoc dic vt.C. ad Trebel.l. iubemus. in glo. quæ incipit, quarta &c. circa finem.

MAritum ſuum.] CASVS. Titia fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredes maritum ſuum, & filium eorum communem æquis partibus: & à marito multa quibuſdā legauit, ita quòd dodrantem partis mariti exceſſit. & à filio ſimiliter multa legata reliquit quibuſdam: non tamen vltra dodrantem partis filij. & poſtea deceſſit dicta Titia. vnde hereditatem ſuam totam habet maritus, ſcilicet dimidiam ex ſua iuſtitutione, & aliam dimidiam ex inſtitutione facta de filio, quæ quidem acquiſita eſt ei marito per filium: vt ſupra de acquirenda hereditate.l. placet. nunc illi quibus eſt legatum à marito, petunt ab eo legata, & volunt quòd in ratione legis Falcidiæ in legatis eorum ponendæ imputet ſibi maritus illud quod ad eum ex dicta hereditate peruenit per dictum ſuum filium: vt ſic tanto maiora præſtet eis maritus legata à ſe relicta. nunquid tenetur maritus taliter ſibi imputare? Et reſpon. quòd ſi dictus maritus tantum retineat ex inſtitutione filij ſolutis legatis à filio relictis, quantum ſatis ſit ad Falcidiam detrahendam de legatis ab eodem marito relictis, nihil eſt deducendum per ipſum maritum de legatis à ſe relictis nomine quartæ ſiue Falcidiæ.

[A LIBERTO CVI FVNDVM.] Titius fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem Seium, & Sticho liberto ſuo fundum Titianum legauit, & per fideicommiſſum rogauit eundem libertum vt daret omni anno Seiæ decem. Item & multa alia legata reliquit quibuſdam aliis, ita quòd habet locum Falcidia in teſtamento ſuo. vnde heres mortuo teſtatore detraxit Falcidiam de fundo liberto legato, & eidem liberto dedit tres partes dicti fundi: ex quibus tribus partibus bene colligi poteſt tantum omni anno quantum annuatim libertus debebat præſtare Seiæ decem. nunc quæritur, an ita minuatur annum fideicommiſſum Seiæ prædictum, ſicut minutus eſt per legem Falcidiam fundus liberto relictus? Et dicitur quòd non, niſi mens teſtatoris fuerit, vt etiam fideicom-

fideicommiſſ. Seiæ minueretur.

a *Inſtituit.* mulier.

b *Filij.* non grauati. & facit. ſ. eo. l. in ratione. §. quod vulgo. & l. ſi pupillus. §. finali. & ſic nota quòd ſit contributio.

c *Reditus.* ſcilicet fundi liberto legati.

d *Non videri.* infra eo. l. pœnales. §. finali. cõtra. Solu. ſpeciale hîc fauore alimentorum. [a] Vel verius ibi ex ipſo legato liberto fiebat præſtatio: hîc aliũde: vnde ibi minuitur legatum ſecundum: hîc non: vt ſupra de lega. ij. l. cùm pater. §. j. & de leg. j. l. ſi mihi Stichus. & de conditio. & demonſtra. l. Plautius. §. finali. Item non ob. infra eod. l. Plautius. in fine: quia ibi ſpeciale propter indiuiduitatem. Accurſius.

a] Cõtra hãc gl. eſt de directo glo. in l. penul. § fi. liæ j. eo. tit. quam ſolue per gl. in l. ſi quis Titio. ſ. de lega. 2. & huic cõcor. gloſ. in ca. 2. extra de ſepul.

redes inſtituit. [a] Quæſitum eſt, an in ratione legis Falcidiæ imputandum ſit marito quod ad eum ex eadem hereditate per filium peruenit. Reſpondit, ſi ex inſtitutione filij [b] tantum retineat quantum ad Falcidiam ſatis ſit, nihil quartæ nomine deducendum.

Deminuto legato non deminuitur fideicommiſſum à legatario relictum, ſi legatum remanſit ſufficiens ad onus. Bartol.

A liberto cui fundum legauerat, per fideicõmiſſum Seiæ annua decem dedit. Quæſitũ eſt, ſi lex Falcidia liberti legatum minuerit, an Seiæ quoque annum fideicommiſſum imminutum videatur, cùm reditus [c] largiatur annuam præſtationem. Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, non videri [d] minutũ, niſi alia mens teſtatoris probetur.

XXVI. IDEM *libro quinto Reſponſorum.*

Lineam margaritorum triginta quinque [e] legauit, quæ linea apud legatarium fuerat mortis [f] tempote. Quæro, an ea linea heredi reſtitui deberet propter legem Falcidiam. Reſpõdit, poſſe heredem conſequi vt ei reſtituatur: [g] ac ſi malit, [h] poſſe vindicare partem in ea linea, quæ propter legis Falcidiæ rationem deberet remanere. [i] Quæſitum eſt, an pretium [k] ſtatuarum Falcidiam pati debeat. Reſpondit, debere.

Conditio in fraudẽ legis adiecta pro non adiecta habetur.

XXVII. IDEM *libro ſexto Reſponſorum.*

*Seius & Agerius* [l] *ſi intra diem trigeſimum mortis meæ reipublicæ noſtræ cauerint, contentos ſe futuros*
B *tot aureis legis Falcidiæ beneficio omiſſo, heredes mihi ſunto: quos inuicẽ ſubſtituo. quòd ſi voluntati meæ non cõſenſerint, exheredes* [m] *ſunto.* Quæſitum eſt, an herede inſtituti hereditatem adire poſſint, ſi cõditioni parere nolunt, cum habeant ſubſtitutos eadẽ conditione preſcripta. Reſpondit, Seium & Ageriũ primo loco inſtitutos perinde adire poſſe, ac ſi ea conditio quæ fraudis cauſa [n] adſcripta eſt, adſcripta non eſſet.

C XXVIII. MÆCIANVS *libro primo Fideicommiſſorum.*

Pater quoque in legatis quæ filius [o] ei dedit, [p] alio herede [q] inſtituto, legis Falcidiæ rationem patitur. [r]

Quod heres habiturus eſt nõ iure hereditatis, non imputatur in Falcidiam. Barto.

XXIX. PAVLVS *libro ſecundo Fideicommiſſorum.*

Si à me tibi fideicõmiſſum vel legatũ eſt, tuq; id poſt tẽpus rogatus ſis mihi reſtituere, nõ puto
D hoc imputãdum eſſe in Falcidiã: [ſ] quia [t] incipio poſtea quaſi fideicommiſſarius id recipere.

*Lineam margaritorũ.*] CASVS. Titius perforauit trigintaquinq; margaritas, & poſuit eas in quadã linea, puta in vno ſerto ad portandũ in capite. poſtea Seia vxor ſua accepit dictum ſertũ, & tenebat apud ſe, & portabat dieb⁹ feſtiuis in capite. poſtea dictus Titius fecit teſtamẽtum, & inſtituit ſibi heredem Gaium, & dictam lineam legauit dictę ſuæ vxori, & tot alia legata reliquit quibuſdam aliis, quòd mortuo eo locum habet in hereditate ſua Falcidia. nunc heres vult agere contra dictam legatariam interdicto quorũ legatorũ vt reſtituat ei lineam, vt ex ea heres detrahere poſſit Falcidiam. nunquid poteſt? Et reſpon. quòd ſic. ſed & ſi nolit heres petere totam lineam prædicto modo, ſed velit agere rei vindicatione cõtra legatariam, & petere tantùm illam partem lineæ quam nomine Falcidiæ de ea detraheret, ſi eſſet apud eum: bene poteſt hoc facere. [QVÆSITVM.] Inſtitui mihi heredem Titium, & multa legata quibuſdam reliqui, ita quòd habet locum lex Falcidia, inter quæ lagata reliqui vnam ſtatuam Titio, & aliam Seio. certè de ſtatuis non detrahitur Falcidia, quia ſunt indiuiduæ: ſed de pretio earum bene detrahitur. Viuianus.

e *Trigintaquinque.* quia tot erant. ad quod. ſ. ad legem Aquiliam. l. ſi ſeruus ſeruum. §. cum maritus. Accurſius.

f *Mortis.* ſcilicet teſtatoris.

g *Reſtituatur.* interdicto quorum legatorum: vt. C. quo. lega. l. j.

h *Si malit.* legataria. imò heres.

i *Remanere.* ipſo iure: vt. C. eo. l. pe. & j. quorum leg. l. j. §. ſi quis. & facit. ſ. eo. l. j. §. ſi legatarius. & j. ad Trebel. l. heres.

k *Pretium.* æſtimatur ergo ſtatua ſicut ſeruitus: & de æſtimatione detrahitur Falcid. vt. C. eo. l. in imponenda. §. j. non de ipſa ſtatua, cùm ſit indiuidua: vt. ſ. eo. l. j. §. ſi vſusfructus.

*Seius & Agerius.*] CASVS. Titius fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredes Seium & Agerium ſuos filios, taliter hoquendo: Seius & Agerius heredes mihi ſunto, ſi intra trigenſimum diem mortis meæ reipublicæ noſtræ cauerint contentos ſe futuros centum pone aureis pro hereditate mea, & ſuperfluum daturos pro hereditate dictæ reipublicæ omiſſo beneficio legis Falcidiæ in dicto ſuperfluo quod dabunt reipublicæ. quos inuicem ſubſtituo. qui ſi voluntati meæ non conſenſerint, id eſt, noncauerint prædicto modo reipublicæ, exheredes ſunto, & alios mihi heredes inſtituo ſub eadem conditione. poſtea deceſſit di-
A ctus Titius. nunc Seius & Agerius inſtituti volunt adire hereditatem eius, & nolunt parere dictæ conditioni. nunquid poſſunt? Et videtur quòd non, cùm habeant (vt dictum eſt) ſubſtitutos præſcripta eis eadem conditione. dicitur tamen quòd bene poſſunt hoc facere: & dicta cõditio quæ fuit appoſita in fraudem, ſcilicet vt dicti primi heredes nõ detraherent reipublicæ Falcidiam, habetur pro non ſcripta: & ita malo velle teſtatoris detrahent reipublicæ Falcidiam. nam etiam ſi filius emancipatus leget patri alio herede inſtituto, patitur pater legis Falcidiæ rationem: nedum dicta reſpublica, & hoc dicit cum lege ſequenti. Viuianus.

l *Seius & Agerius.* filij teſtatoris: quod patet: quia de exheredatione dicit, inepta in extraneos: vt. j. de verbo. obliga. l. quidam.

m *Exheredes.* ſubaudi, & alios inſtituo ſub eadem conditione.

n *Fraudis cauſa.* id eſt cauſa vitandæ Falcidię, quod fieri non poteſt: vt hic, & ſupra eodem. l. quod de bonis. §. j. & §. finali. niſi in caſibus: vt ſupra eodem. l. ſi debitor. & infra eodem. l. quod autẽ. vbi ſub modo: hîc verò ſub conditione. Itẽ nota de fraude legis, vel contra legem: vt ſupra tit. j. l. hoc modo. & de conditio. inſtitu. l. conditiones. Accurſius.

o *Pater. Filius.* emancipatus.

p *Dedit.* id eſt reliquit.

q *Alio herede.* cum patre, vel ſine patre.

r *Patitur.* eſt ergo vt quilibet. ſic ſupra quod cuiuſque vniuer. l. item eorum. in princip. Accurſius.

*Si à me tibi.*] CASVS. Titius inſtituit me heredem, & à me herede tibi Seio fideicommiſſum datum eſt vel legatum per dictum Titium, & tu fuiſti rogatus per dictum Titium teſtatorem vt mihi dictum legatum vel fideicommiſſum poſt Paſcha reſtitueres. nunquid ea ratione, quia debes mihi reſtituere idem legatum vel fideicommiſſum, imputabitur illud mihi in Falcidiam ad eam ſummouendam? Et dicit quòd non: ſed ad eam inducendam bene imputatur. & ſic ex eo detraham tibi Falcidiam. & eſt ratio quare tibi detraho: quia poſtea cùm reſtituis mihi dictum legatum vel fi-
E deicommiſſum, incipio id recipere quaſi fideicommiſſarius, & nõ quaſi heres. Viuianus.

ſ *In Falcidiam.* vt ob hoc minus detrahatur nomine Falcidiæ. quaſi dicat in Falcidiam ſummouendam. ſimilis expoſitio eſt. licèt ſit caſus diuerſus, ſupra eod. l. ſi à ſeruo.

t *Quia.* ratio remotiua: vel dic ratio recta: ſed tunc ſubaudi in fine non vt heres. & eſt bona ratio: vt infra eo. l. quod autem. & facit. ſ. ad Velleia. l. quamuis. §. ſi mulier.

*In ratione.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seium, & multa quibuſdam legata reliquit, ita quòd habet locum lex Falcidia in hereditate ſua, & deceſſit dictus Titius. poſtea antequam heres ſuus detraheret rationem legis Falcidiæ cum legatariis, mortui fuerunt ſine culpa legatariorum quidam ſerui hereditarij non legati alicui, vel etiam alia animalia non legata: vel aliquod aliud damnum euenit hereditati ſine culpa legatariorum. certè heredi pereunt legata prædicta, ita quòd propter hoc non detraheret

maiorem Falci.legatariis.& eſt ratio:quia & ſi eſſet aliquid adquiſitum hereditati,non caderet in rationem legis Falci.ſcilicet vt propter hoc minor detraheretur Falcidia legatariis. & ponit plura leuia exempla de damno & etiam de lucro cōtingenti hereditati antè contractam legis Falcidiæ rationem.

Damna poſt mortem teſtatoris contingentia ſine culpa legatarij, imputantur heredi:& commodū ſeu lucrum legatariis nō proſunt. Bartolus.

XXX. MARCIANVS *libro octauo Fideicommiſſorum.*

IN ratione legis Falcidiæ mortis ſeruorum, cæterorúmque animalium, furta, rapinæ, incen- B dia, ruinæ, naufragia, vis hoſtium, prædonum, latronum, debitorū facta peiora nomina, in ſumma quodcunque damnum, ſi modò culpa legatarij careant, heredi pereunt: quemadmodum ad heredis lucrum pertinent fructus[a], partus ancillarum, & quæ per ſeruos adquiſita ſunt, vt ſtipulationes, rerum traditiones, legata hereditatéſve his datæ, cæteræ donationes, item ſeruitutes quibus liberata prædia pretioſiora fierent, actionéſque adquiſitæ, vt furti[b], damni, iniuriæ, ſimiléſque quorum nihil in rationem legis Falcidiæ cadit.

Qui iuſsit vendere vel emere, eatenus computat in legato, quatenus eſt exceſſus in re vel in precio. Bartolus.

Vendere autem vel emere iuſſus certo pretio fundum, aliámve quampiam rem, in legis Falcidiæ ratione cùm quātum ſit legatum requiratur, tantum eo nomine inducetur, quanto pluris[c] minoriſve[d] ſit res ea quantitate, quàm quo pretio teſtator accipi daríve iuſſit: ſed[e] vt ei quidem portioni quæ legatis[f] deductis facienda[g] erit, amplius[h] deducetur. quippe[i] non noſtri[k] cauſa capi id pretium:[l] ſed eo deducto pretium reliquum legatum eſſe* intellectum eſt.

Caſus non liberat debitorē generis generaliſſimi, ſed debitorē ſpeciei ſic. Item liberat debitorē generis ſubalterni illo genere per empto. Bartolus.

Rurſus diligenter[m] * animaduertendum eſt, ne quod dicitur, C [n] damna poſt mortem teſtatoris illata ad ſolum heredem reſpicere: vſquequaque & ſine vlla diſtinctione[o] recipiatur. Quod enim remota[p] lege Falcidia in totum[q] iuris foret, hoc idem fore & in ea parte quæ lege Falcidia conſtitueretur.[r] Hoc * enim attinet,[ſ] dāna poſtea facta

*Esse prorſus intelle.* · *Vulgo incipit, Diligē ter ani.* · *Huc enim*

a *Fructus.* contra ſupra eo.l.in lege Falcidia. Solu. vt ibi. Item non obſt. infra eo.l. qui quadringenta.§.fina. licèt Ioan. aliter intellexerit eam: vt ibi not.

b *vt furti.* quod cōtingit in caſibus, vt iacente hereditate fiat furtū: vt infra de furtis.l. hereditariæ vel quod ibi dicitur, intellige quādo poſt aditam hereditatem furtum factum eſt. Itē non obſt. infra eodem l.cum quo. quia ibi non ſoluitur: ſed ſecūdum iſtam ſolues. Item facit inſtit. eod.§.quantitas.& §. ex diuerſo.

*Vendere.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium: & iuſſi ei quòd fundum meum Seianū qui valebat centum, vēderet pro quinquaginta Gaio. vel præcepi ei quod fundum Gaij qui valebat tātùm quinquaginta, emeret pro centū & multa alia legata à dicto herede quibuſdam aliis reliqui: ita quòd habet me mortuo Falcidia locū in hereditate mea. nunc detrahit heres meus rationem Falcidię cū legatariis: & quæritur inter eos quantum videatur legatum dicto Gaio in primo vel in ſecundo caſu: vt ſic ſcire poſſint quantum debeat detrahi eidem Gaio nomine Falci. Et reſpon. quòd tantùm eo nomine inducetur per heredem in rationem Falcid. quāto pluris ſit dictus fundus quem iuſſit eum vendere Gaio prędicto. ſit pluris dico ea quantitate, quā ego teſtator accipi iuſſi per heredem nomine pretij à dicto Gaio emptore, quo pretio, id eſt aliquo pretio per me teſtatorem ſtatuto ſicut enim ſupra dixi, ſtatui ego teſtator pretium quinquaginta in fundo meo qui valebat centum. & volui quòd tantum dicta quinquaginta acciperet heres meus à Gaio emptore. & ita ſuperflua quinquaginta vidētur Gaio legata. hæc ergo ſuperflua quinquaginta inducentur per heredem cum aliis legatis in rationem legis Falcidiæ, & hoc quando ego teſtator iuſſi heredem vendere minoris quàm res valeret. quando autem iuſſi heredem meum emere fundum Gaij vltra quàm valeret, tunc tantum eo nomine, ſcilicet Falcidiæ inducetur per heredem, quanto minoris ſit res, ſiue fund^9 quem iuſſi heredem meum emere à dicto Gaio. ſit minoris dico ea quantitate quam ego teſtator dari iuſſi per heredem nomine pretij dicto Gaio venditori: quo pretio ſiue aliquo pretio per me teſtatorem ſtatuto. ſicut enim ſupra dixi, ſtatui ego teſtator pretium centum in fundo Gaij qui valebat quinquaginta, & volui quòd integra centum daret heres meus Gaio vēditori. & ira ſuperflua quinquaginta vidētur Gaio relicta ſiue legata. hæc ergo ſuperflua quinquaginta inducentur per heredem cum aliis legatis in rationem legis Falcidiam poſtea dicit quòd ei portioni quæ facienda erit legatis deductis, id eſt ſeparatis à rei pretio vendendæ vel emendæ per heredem meum, amplius deducetur, id eſt ſecunda fiet deductio. prima enim deductio, id eſt ſeparatio facta eſt in ſeparatione legati à iuſto pretio rei vendendæ vel emendæ per heredem. & bene dico ex parte ſeparata à iuſto pretio rei vendendæ vel emendæ per heredem fieri deductionem nomine Falcid. & non ex iuſto pretio rei prædictæ: quippe prorſus intellectum eſt non capi id verū pretium cauſa noſtri qui ſumus legatarij. ſed deducto, id eſt ſeparato dicto vero pretio eſt intellectum à ſapientibus pretium reliquum eſſe legatum. Viuianus.

c *Quanto pluris.* cum iuſſus eſt vendere pro.xx. animoſo emptori quod valebat decem. Accurſius.

A d *Minoris.* cùm iuſſus eſt emere pro decem à venditore volente abiicere rem quæ valebat.xx.

e *Sed vt ei.* aliàs eſt, ſed vt. aliàs deeſt, vt: & melius. & dic, ei portioni legatæ, id eſt ab ea portione. Accurſius.

f *Legatis.* id eſt ex legatis.

g *Facienda.* id eſt colligendo.

h *Amplius.* & ſic ſecunda fit deductio. prima enim deductio, id eſt ſeparatio facta eſt in ſeparatione legati à iuſto pretio. ſecunda eſt in detractione legis Falcidiæ ex legato.

i *Quippe.* bene dico à parte ſeparata à iuſto pretio fieri deductionē & non à iuſto pretio: quippe, &c.

k *Non noſtri.* ſcilicet legatarij cauſa.

l *Pretium.* ſcilicet iuſtū: ſed eo, &c.

*Diligenter.*] CASVS. Dictum eſt ſupra ea.l.in prin. quòd damna poſt mortem teſtatoris in hereditate illata ad ſolùm heredem reſpiciunt, ita quòd propter hoc non poteſt detrahere maiorem Falcid. legatariis. nunc animaduertendū eſt diligenter, an illud ſine vlla diſtīctione verum ſit? & certè videtur quòd ſic: quia quod iuris foret remota in totum Falcid. id eſt ſi non haberet locum Falcid. eo quòd haberet quartam non grauatam heres, ſcilicet vt ſit damnum heredis: hoc iuris debet eſſe in ea parte quæ lege Falcidia conſtitueretur legatari is: vt ſcilicet heredi pereat etiam legatariorum portio. hoc autem eſt dicere omnia damna poſt mortem teſtatoris facta non deduci per D heredem ne amota ſiue perdita portio detrahatur legatis, ſiue fideicommiſſis. Quamuis autem ſecundum prædicta ſine vlla diſtinctione videatur eſſe verum quod dictum eſt in princip. huius legis tamen nō eſt verum, imò diſtinguitur hoc modo: Aut eſt legatum in pondere, numero, vel menſura, vel etiam in genere: & tunc verum eſt quod dicitur in princip. huius.l. aut in ſpecie, & tunc aut certa, & eſt legatarij periculum: vt infra eodem §.ibi, certis verò, &c. aut incerta: & tunc aut certa de certis, aut incerta de incertis. Primo caſu, ſi periit ſine culpa heredis, nihil debetur ex ea legatario etiam quantum ad æſtimationem: vt infra eodem §. ibi, incertæ autem.&c.ibi.res tamen, &c. Secundò caſu nihilominus debetur legatario: quia genus perire non poteſt, & ideò admiſſa lege Falcid. portio danda legatario eius quantitatis ſumetur. quæ fuit in bonis teſtatoris eo tempore quo teſtator deceſſit: nec ad deminuendam eam portionem dandam legatario quicquam proficient heredi damna poſtea incidentia: vt infra eodem §.ibi. ſin verò argen- E ti, &c. Viuianus.

m *Diligenter.* aliàs.§.diligenter. aliàs incipit. prorſus diligenter.

n *Dicitur.* ſupra ea l.in princip.

o *Diſtinctione.* nam diſtinguitur ſit legatum in pondere, numero. vel menſura, aut in genere: & obtinent prædicta: vt infra ibi, verum eſt, &c. aut in ſpecie: & tunc aut certa, & tunc eſt legatarij periculum: vt infra eodem ibi, certis verò, &c. aut incerta: & tunc aut certa ex certis, aut incerta ex incertis: vt infra ibi: incertæ autem, &c. Accurſius.

p *Remota.* id eſt ſi Falcidia locum non habet: quia heres habet quartam. &c.

q *In totum.* ſcilicet vt ſit dāmnum heredis, ſi eſt relictum in genere ſi non adeat. Accurſius.

r *Conſtitueretur.* ſcilicet legatarius vt heredi pereat etiam legatarij portio.

ſ *Attinet.* ſcilicet dicere. Accurſius.

a *Non deduci.* per heredem.
b *Ne amota.* id eſt perdita.
c *Detrahatur.* hoc enim fieri non debet: vt in principio. l. & hîc ſubiicit.
d *Verum eſt.* ſcilicet quod dictum eſt.
e *Corporibus.* ſcilicet relictis.
f *Ex his ipſis.* ſcilicet vino & oleo, & ſimilibus.
g *Nihil.* quādo totum periit. & facit ſupra de contrahē. empt. l. quod ſæpe. §. in his. & ſupra de lega. j. l. planè. §. ij. & hoc modo intellige. ſ. de lega. j. l. nō amplius. §. j. Accurſius.

*fieri ſolet.

h *Elegerit.* puta vnum ex ipſis ſcyphis ſuis quē elegerit.
i *Nihil debebitur.* ſic. ſ. de contrahen. empt. l. ſi in emptione. § pe.
k *Relictū eſſet.* puta marcham, vel vnum ſcyphū duarū marcharū, cùm nullum haberet.
l *Proficient.* quod ergo in genere debetur, non poteſt a perire. ſic. C. ſi cer. pet. l. incendium.

a] Genus perire non poteſt: & propriè dicitur adfinitatis non conſanguinitatis in tert & glo. in. §. hactenus. inſti. de gradibus adfinitatis. & in. c. nō debet. de conſang. & affini.

m *Res tamen.* in ſpecie relictæ, vel verius quādo ïcerta ex certis: vt. ſ. eod. §. certis verò. &. §. incertæ.

*Tametſi ante.*] CASVS. Damnaui heredē meū vt reſtitueret hereditatē meam Titio, & rogaui eundem Titium ꝙ daret cētum heredi meo. nūquid heres meus cōputabit ſibi in quartam Trebellianicā Titio de hereditate detrahendā illa centum quæ Titius dat ei? Et dicitur ꝙ nō, ſicut non computaret ſi damnaſſem eum vt vēderet hereditatē meam Titio pro centum: quia in his duobus caſib' nō conditionis implendæ cauſa ſunt iuſſi inferre centum heredi fideicōmiſſarius & emptor, ſed quodammodo pro pretio hereditatis. ſi autem conditionis implendæ cauſa eſſent iuſſi dare heredi centum, non computarentur illa cētum in quartam. Sed nunquid fideicommiſſarius de quo primò dixi, cogetur inuitus dare dicta. c. heredi. & ab eo recipere hereditatem, quaſi & ipſius fideicommiſſarij fidei commiſſum eſſet vt daret heredi centum? Et dicitur quòd non cogitur. nam talis oratio teſtatoris qui dixit quòd fideicomm. daret heredi centum, & acciperet hereditatem, magis videtur poſita cauſa ipſius fideicommiſſarij, quàm contra ipſum. Viuianus.

n *Ratione.* ſubau. in.
o *Non computantur.* vt. j. eo. l. id autem. & . l. in quartam.
p *Non figura.* ſed in vi modi. Accurſius.
q *Reſtituere.* per venditionem. nam ſi intelligeres per fideicommiſſum, iam haberet locum quarta Trebellianica, & imputarentur hæc quæ in vi conditionis acciperet: vt infra eod. titu. l. in quartā. & facit ſupra de peti. hered. l. nec vllam. §. quod ſi quis. & facit. ſ. eod. l. ſi dignum.
r *Et ipſius fideicommiſſarij.* quaſi dicat, de hoc pretio dando ſit ipſe rogatus.
ſ *Non eſt.* imò videtur contra: vt ſupra de lega. iij. l. xj. §. cùm eſſet. Solu. ibi gratia vtriuſque fuit relictum: vt ſupra de libert. le. ff. Infort.

non deduci, a ne amota b portio legatis fideíve commiſſis detrahatur. c Verum d eſt autem his ſolis quæ pondere, numero, mēſura conſtant, nec damno poſtea incidente, ex portione, quæ fieri * ad æſtimationem eorum bonorum quæ mortis tempore fuerunt, quicquam detrahi. Certis verò corporibus e & his ipſis f ita relictis: *Pecuniam quam in illa arca, vinum quod in illis doliis, pondus argenti quod in illis horreis habeo*: ſi ſine culpa heredis deperierunt, vel deteriora ſunt facta, proculdubio aut g nihil debebitur, aut eorum quæ extabunt, qualia erunt, ea portio debebitur, quæ per legem Falcidiam efficiatur ex æſtimatione bonorum quæ mortis tempore fuerint. Incertæ autem res relictæ diſtinctionem recipiunt. Nam ſi ex ſuis rebus incertam rem teſtator reliquiſſet, veluti, *Argentum quod elegerit*, h & omne argentum teſtatoris interiſſet ſine culpa heredis, nihil deberetur. i Sin verò argenti pondus purè relictum eſſet: k quamuis omne argentum teſtatoris deperiſſet, admiſſa lege Falcidia, portio eius quantitatis ſumetur, quæ fuit in bonis eo tempore quo teſtator deceſſit: nec ad imminuendam eam quicquam damna poſtea incidentia proficient: l res tamen m quæ interierint, pro nulla parte, ac ne æſtimatio quidem debeatur, non magis quàm ſi omnes res per ſpeciem enumeratæ relictæ eſſent.

### Licèt datum cauſa conditionis implendæ in Falcidiam non imputetur, tamen datum vt pretiū imputatur. Bartolus.

Tametſi autem legis Falcidiæ ratione, n quæ conditionis implendæ cauſa heredi ſunt data, in quartam non computantur: o tamen id quod non figura p conditionis accipere iuſſus eſt ab eo cui hereditatem reſtituere q rogatus eſt, Celſo & Iuliano noſtro placuit computari: quemadmodum ſi ea ſumma heres vendere eas res iuſſus eſſet: quia non conditionis implendæ cauſa, ſed quodammodo pro pretio inferre ſunt iuſſi. Quo loco amplius quæſitum eſt an fideicommiſſarius quoque inuitus cogatur dare eam ſummam, & recipere hereditatem, quaſi & ipſius r fideicommiſſum eſſet. Sed id veriſimile non eſt: ſ cùm talis oratio magis ipſius cauſa, quàm contra ipſum poſita videatur.

### Legata quæ non valent, non veniunt in computatione legis Falcidiæ. Bartolus.

Cùm lex Falcidia interuenit, non veniunt in contributionem quæ ipſi heredi à ſemetipſo t vel ſeruo u eius legata fideíve commiſſa ſunt. Alia cauſa eſt eorum quæ in diem certam x dantur. Nam ſi libertatis y dies cœpit cedere, ei z debebuntur: a & in contributionem b veniunt. Ac ne ea quidem quæ quis ſeruis ſuis c inutiliter ſine libertate legauit, fideíve commiſit, in computationem eius legis cedunt. Res quas † neque per fideicommiſſum relinqui poſſe

ga. l. ſi is qui duos. & infra de fideicommiſſ. liber. l. ſed ſi alienare.
A Vel dic quòd ibi vterque talis erat qui onerari à teſtatore poterat: quia vterque erat inſtitutus heres. at hic qui iuſſus erat dare pecuniam, non erat inſtitutus, nec aliquid ei relictum: vnde non poterat onerari & facit. C. de legi. & conſtit. l. quod fauore. & ſupra ſi quis omiſſa cau. teſtamen. l. ſi quis ſub conditione.

B

*Cum lex Falcidia.*] CASVS. Titius inſtituit me heredē, & mihi ipſi legauit centum, vel ſeruo meo legauit centum, & multa alia legata qbuſdā reliquit. ita ꝙ habet locum lex Falcidia. nūquid venit in contributionem illud quod mihi vel ſeruo meo eſt legatum, vt propter hoc maiorem Falcidiā detraham aliis legatariis? Et dicitur ꝙ non. non enim valent dicta legata: & ideo de hereditate non detrahuntur. ſecus autē eſſet in his quę legaſſet teſtator ſeruo meo in diem certam, id eſt expreſſam, incertam tamē: vt ſi nauis ex Aſia venerit, vel ſi imperator Bononiam venerit (quod deus auertat) nā eo caſu ſi dies libertatis dicti mei ſerui cœpit cedere tempore exiſtētis cōditionis legati ei idem meo ſeruo per teſtatorē relicti, debebūtur legata ſiue debebitur legatū prædictum ſeruo meo relictū ei quondā meo ſeruo nūc liberto facto. & veniunt dicta legata ſeruo meo relicta in cōtributionē legis Falcidiæ, vt ſic aliorū legatariorum legata minuāt. Sicut autem in primo caſu huius. §. nō venit in cōtributionem legis Falcidiæ legatum mihi vel ſeruo meo à teſtatore relictū, vt propter hoc detraham ego heres maiorē Falcidiā aliis legatariis, vt dictū eſt: ita nec cedūt in cōputationem eiuſdē legis Falcidiæ ea quæ teſtator meus prædictus inutiliter ſeruis ſuis ſine libertate reliquit: quia & illa legata non valent, nec etiam ea quæ per fideicommiſſum non poſſunt relinqui, vt eſt cāpus Martius. Viuianus.

C

D

† A contrario quæ poſſunt legari, poſſunt in Falci. cōputari. quod limita in legato debiti, quod quamuis iure legati valeat, vt. l. ſi creditori. ſ. de lega. i. non tamē detrahitur Falc. niſi appareat liquide de debito. Bar. ſing. in l. qui vxori in princi. ſ. de auro & argen. leg.

E t *A ſemetipſo.* hoc enim non valet: vt. ſ. de leg. j. l. legatum. §. j.
u *Vel ſeruo.* à ſe domino inſtituto, ſcilicet data ſunt eius ſeruo. nā nec hoc valet relictum purè. ſed ſi in diem incertum vel ſub conditione, poterit deberi, ſi tunc erit liber: vt inſtitu. de leg. §. an ſeruo. & hic ſubiicit.
x *Certam.* id eſt expreſſam. incerta eſt tamen: vt ſi nauis ex Aſia venerit: vel ſi imperator venerit. aliàs ſi certa. tunc cederet à die mortis, ſicut ſi eſſet purum: vt. C. de cadu. tol. §. j.
y *Libertatis.* fuit relicta libertas, & legatum eſt ſub conditione, vel in diem incertum.
z *Ei.* ſcilicet ſeruo.
a *Debebuntur.* legata ei relicta.
b *Et in contributionem.* ſcilicet legata, & non libertas: quia non minuitur per Falcidiam: vt ſupra de inoffic. teſta. l. Papinianus. §. quoniam autem.
c *Suis.* nec hæc valent: vt. C. de lega. l. ſeruis. & facit ſupra de leg. j.

certum eſt, [a] in legis Falcidię cõputationem non veniunt.

XXXI. POMPONIVS *libro ſecundo Fideicommiſſorum.*

IS cui fideicommiſſum ſoluitur, ſicut is cui legatum [b] eſt, ſatiſdare debet, quod amplius ceperit quàm per legẽ Falcidiam ei licuerit, [c] reddi: veluti cùm propter conditionem aliorum fideicõmiſſorum vel legatorum legis Falcidiæ cauſa pendebit. [d] Sed & ſecundũ Caſſij & veterum opinionem, ſi à pupillo [e] fideicõmiſſa [f] capiuntur propter ea quę à ſubſtituto erunt relicta, cauere debebit is cui ſoluatur. Nã quanuis repetitio [g] ſit eorũ quæ fideicõmiſſi nomine non debita ſoluentur, tamen ſatiſdato cautum debet eſſe ei à quo pecunia proficiſceretur, ne damnum ſentiat deficiente [h] eo cui ſolutum erit.

Actiones in heredes tranſitorię pœnales vel non, etiam ſi à perſona heredis incipiũt, ex parte actoris augmentũ, & ex parte rei deminutionẽ patrimonij inducũt: ſecus ſi ad heredem, vel contra heredem non tranſeunt. Barto.

XXXII. MÆCIANVS *libro nono Fideicommiſſorum.*

POenales actiones, ſiue legitimæ, [i] ſiue honorariæ, [k] exceptis popularibus, [l] in bonis actoris non ideò minus computandæ ſunt, quia morte reorum [m] intercidere poſſunt. E contrario autem eædem actiones nihil bonis rei defuncto eo detrahunt. [n] Sed ne in actoris quidem bonis B defuncto eo iniuriarũ actio poterit computari: [o] quia & ipſa ſimul cum eo intercedit, vt vſusfructus, & id quod in dies, menſes, annóſve ſingulos alicui quoad viuat debeatur. [p] Etenim ea demum obligatio, rei bonis [q] deminutionem præſtat, quæ in heredem tranſit. [r] Nec contrarium eſt, quòd viuente reo eo minus in bonis eius intellegebatur. Nam & ſi ita ſtipulatus eſſet, vt cum moreretur, deberi ei inciperet, tamen augerentur bo- C na eius: quemadmodum ſi ipſe ſub eadem conditione promiſiſſet, defuncto eo minuerentur. [ſ] Honorariæ quoque actiones, quæ intra certum tempus [t] à prætore promittuntur: cum bonis actoris, defuncto eo, augmentum rei, deceſſionémve, [u] * ſi tales erunt, vt in heredem quoque tranſeant, præſtabunt.

* Ve pro & accipi debere conſtat. Græci quoque hãc particulam cõuerterunt in ſuum καὶ.

---

l. quæſitum. §.j. & infra proxi.§.

a *Certum eſt.* vt fundum Albanum & ſimilia: vt.ſ.de lega.j.l. apud A Iulianum.§.fi.& lege ſequenti.&.ſ.eo.l. non eſt.&.l. ſequenti.&.ſ. eod.l. in ratione.j. reſpon.in princip.

IS cui fideicommiſſum.] CASVS. Inſtitui mihi Titium heredem, & legaui Seio centum purè, & multa alia legata quibuſdam alijs reliqui ſub cõditione, ita quòd ſi conditio exiſteret, haberet locum Falcidia, & deceſſi. nunc pendente cõditione dictorum legatorum petit Seius legatum ſiue fideicommiſſum ſuum purum. certè non debet heres aliter ei ſoluere, niſi ipſe caueat eidem heredi cũ ſatiſdatione de reſtituẽdo ei quod amplius inueniretur cepiſſe tempore exiſtentis conditionis aliorum legatorum, quàm per legem Falcidiam ei licuerit capere. Et idem eſt in iſto alio caſu: inſtitui mihi pupillum filium meum heredem, & ab eo reliqui legatum Seio: & ſubſtitui dicto pupillo Gaium: & multa legata reliqui à ſubſtituto, & deceſſi. certè non aliter ſoluet pupillus legatum Seio, quàm ſi Seius ei caueat prædicto modo. & hoc propter ea legata quæ à ſubſtituto impuberis ſunt relicta. & ponit bonam rationem in litera quare in dictis duobus caſibus debeat ſatiſdari. Viuianus.

b *Legatum.* nam exæquata ſunt per omnia: vt ſupra de lega.j. leg. j.

c *Licuerit.* ſcilicet accipere.

d *Pendebit.* quod contingit: vt.j.eo.l.in quantitate.§. ſed & legata. ſed & videtur non totum ſolui purum: vt infra eo.l. ſi propter ea.contra. Solu.ibi.

e *Si à pupillo.* inſtituto, & ſimiliter grauato legatis: & ei dato ſubſtituto, & grauato ſimiliter legatis.

f *Fideicommiſſa.* integra: quia legata ab eo relicta non excedebãt dodrantem.

g *Repetitio.* per condictionem indebiti: vt.C.eo.l.error.

h *Deficiente.* propter defectum facultatum. ad quod.j. tit.j.le.j.§. hæc ſtipulatio. facit.j. eo.l. ſi is qui.circa prin. &.ſ.eo.l.j.§.interdũ. &.l. in ratione.§. quæſitum.

POenales.] CASVS. Titius cui ſurrepta eſt res ſua per furtum manifeſtum, vel non manifeſtum per Seium latronem, fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem Gaium, & multa legata quibuſdam reliquit, ita quòd eo mortuo habet locum Falci.in teſtamento ſuo. nunquid dictæ pœnales actiones quas habet idem Titius contra Seium, computantur in bonis eiuſdem Titij, vt ſic Gaius heres eius minorem detrahat legatariis Falcid? Et dicitur quòd ſic, quamuis morte rei, ſcilicet Seij prædicti, poſſint intercidere. Secus autem eſſet in popularibus actionibus quas intendere poſſet dictus Titius. nam illæ non ſunt in bonis alicuius ante litem conteſtatam. Sed quid ſi ponas dictum Seium latronem deceſſiſſe, & tractari in bonis ſuis de legẽ Falcidia, nunquid eædem actiones pœnales contra eum competentes videntur aliquid de bonis eius detrahere, vt ſic heres ſuus maiorem detrahat legatariis Falcid? Et dico quòd non. ea enim demum obligatio rei bonis deminutionem præſtat, quæ in heredem tranſit. dictæ autem actiones non tranſeunt in heredes niſi lite conteſtata, vel niſi peruenit ad heredes ex eis lucrum. Sed opponitur. nonne viuente ipſo Seio latrone tantũ minus videbatur eſſe in bonis ſuis quantum erat aſtrictus per dictas actiones? certè ſic. ergo eo mortuo idem deberet eſſe. ſed certè hoc non obſtat: quia non ſolum in hoc caſu augentur bona per mortem rei, ſed etiam in iſto alio. Pone quòd ſtipulatus eſſet dictus reus à Sempronio decem cùm ipſe reus moreretur. certè mortuo reo augentur bona eius, & non antè. nam & ſi ipſe reus promiſiſſet decem Sempronio cùm ipſe reus moreretur: defuncto eo reo minuerentur bona eius, & non antè. Quid de actione iniuriarum Titio competẽte? nunquid defuncto eo Titio in eius bonis computabitur? & certè non: quia & ipſa actio iniuriarum ſimul cum eo Titio intercidit: ſicut intercidit cum eo vſuſfructus quem habet in fundo alterius: & ſicut intercidit cũ eo id quod in dies ſingulos debetur ei donec viuat, vel in mẽſes, vel in annos ſingulos. Honorariæ quoque ſiue prætoriæ actiones pœnales quæ permittuntur à prætore actori intra annum cum bonis actoris: defuncto eo actore augmentum rei ſine bonis dicti actoris præſtabunt, ſcilicet ſi mortuus eſt actor: & de Falcidia in bonis ſuis tractatur: & dictę honorariæ actiones cum bonis rei defuncto eo reo deceſſionem, id eſt deminutionem pręſtabũt, ſcilicet ſi tales erunt dictæ actiones, vt in heredem quoque tranſeant: vt quia lis ſit conteſtata cum defuncto reo: vel aliquid ex eis peruenit ad heredem. Viuianus.

i *Legitimæ.* vt furti non manifeſti: vt inſtitu. de noxa. actio.

D k *Honorariæ.* vt furti manifeſti: vt inſtit.de perpe. & temp. actio. §. furti.

l *Popularibus.* iſtæ non ſunt in bonis noſtris niſi lite conteſtata: vt j.de popu.act.l. populares.&.j.de verb.ſigni.l.ſi cui.

m *Reorum.* aliàs reorum: & aliàs eorum, ſcilicet reorum. Et not. quòd actio ex delicto datur heredibus: ſed non in heredes regulariter: vt hîc, & infra proxi. reſpon. & inſtit.de perpe. & tempo. act.§.j. Accurſius.

n *Detrahunt.* ſcilicet quando lis non eſt conteſtata, & quando nil ad heredes peruenit: vt.j.ibi, etenim &c.

o *Poterit computari.* antè litem conteſtatam: vt.j.de iniur.l.iniuriarum. & eſt in hoc ſpeciale vt non tranſeat ad heredem: vt inſtit. de perpe. & tempo. act.§. excepta.

p *Debeatur.* vt & ſupra de vſufruct. lega.l. patrimonij. & de cap. demi.l. legatum.

q *Rei bonis.* rei ſcilicet defuncti. nam in viuentis bonis ſine dubio E minuit, vt ſubiicit.

r *Tranſit.* vt ſunt ex contractu, vel quaſi. Item ex maleficio, vel quaſi lite conteſtata: vel ſi aliquid peruenit ad heredem: vt.C.de delict. defunct.l.j.

ſ *Minuerentur.* ſcilicet bona eius. nam licèt actio ab herede, & cõtra heredem incipere non poſſit, tamen ex contractu defuncti huius fit, & ideo bonis eius additur & deminuitur. Accurſius.

t *Certum tempus.* vt intra annum: quales ſunt omnes pœnales. ſed rei perſecutoriæ ſunt perpetuæ: vt infra de act.& oblig.l.in honorariis. Accurſius.

u *Ve.* dic, ve, pro &c. & repete, honorariæ actiones &c. & deceſſionem, id eſt deminutionem. & quod ſubiicit, ſi tales &c. vt quia ſit lis conteſtata, vel aliquid peruenit ad heredem. Et no.ex præmiſſis quòd plus fingitur in bonis eſſe, & minus quàm ſit. vel plus dici in bonis quàm in hereditate, & econtra. Item facit.ſ. titu.j.l. Plautius.§.j. Accurſius.

*Iulianus*

Stipulatio interpoſita ab vno ex heredibus, ad alios non porrigitur. Item ſi pœna cõmittitur ex ſtipulatione prætoria facto vnius heredis, cõtra ipſum ſolum cõmittitur, non contra alios. hoc dicit. Bartol. & Alexan.

Iulianus ſcribit, ſi vtriuſq; heredis pars exhauſta eſt legatis, & alter ex heredibus cautionẽ prętoriam [a] accepit à legatariis: non æqualiter, ſed pro ſuo modo [b] legis Falcidiæ rationem, & actionem ex ſtipulatu [c] habiturum. Omnes enim prætorias ſtipulationes eiuſdẽ interpretationis [d] eſſe. Nam conſtare, ex iudicatũ ſolui [e] ſtipulatione, ſiue à parte actoris, ſiue à rei plures heredes extitiſſent, [f] non omnibus, nec aduerſus omnes actionem contingere, ſed dumtaxat his qui viciſſent, [g] & aduerſus victos: hiſque aduerſus quos res defenſa non eſſet, aduerſus eos qui rem non defendiſſent. Annua bima [h] trima die aureis centenis legatis, ex omnibus [i] ſummis, non tantùm ex poſterioribus portionem B legis Falcidiæ detrahi placuit.

Pars legata à legatario eatenus minuitur, quatenus ſibi deminutum eſt legatum: ſecus ſi in totũ rogatus ſit reſtituere, vel ſeruum manumittere. Barto. Vide. l. 23. in fi. ſupra eod.

Si Titio [k] viginti [l] legatis, portio per legem Falcidiam detracta eſſet, cum ipſe quoque quinque Seio rogatus eſſet reſtituere: Vindius noſter tantum Seio pro portione ex quinque detra- C ſionem ex vtraque parte.

*Iulianus ſcribit.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium in octo vnciis hereditatis meæ, & Seium in quatuor, & vtriuſque partem exhauſi legatis. legaui enim communiter ab ambobus vltra dodrantem totius hereditatis, ita quòd non remanebat eis quarta. inter quæ legata erant quædam conditionalia, ita quòd pendente eorum conditione legatorum erat incertum vtrũ habeat locum lex Falcid. vel nõ. poſtea me mortuo dicti mei heredes ſoluerunt legata illis quibus purè erat legatum. Seius autẽ qui erat vnus de heredibus meis, & erat inſtitutus in quatuor vnciis, fuit ita ſtipulatus à legatariis puris prædictis tẽpore ſolutionis: qđ amplius ceperitis, quàm per legem Falcidiam apparuerit poſtea vobis deberi, reddetis? & recepit fideiuſſores ſuper hoc. quæ cautio eſt prętoria, id eſt à prætore introducta: vt ſupra eod. l. is cui. & infra titu. j. l. j. procedente poſtea tempore extitit cõditio legatorum prędictorum ſub conditione relictorum, & ita nũc apparet quòd habet locum lex Falcidia. & ſic eſt cõmiſſa dicta ſtipulatio prætoria. nunc quæritur, vtrum prædictus Seius ſtipulator habeat actionem cõtra dictos legatarios à quibus ſtipulatus eſt æqualiter, id eſt pro parte ſua, & pro parte coheredis ſui in octo vnciis inſtituti. an vero pro modo quem patitur ſua pars hereditatis? Et dicitur quòd pro modo ſuæ partis, & non æqualiter habet actionem ex dicta ſtipulatione. nam & rationem legis Falcidiæ habet pro modo quem patitur ſua pars hereditatis, & nõ æqualiter. crederet enim aliquis quòd habet actionem pro ſua parte, & coheredis: quia cum aliquis ſtipulatur ſimpliciter, licet ſit ibi cõmodum alterius, tota tamen acquiritur ſtipulanti actio, & pro toto: vt infra de acquiren. poſſeſſ. l. poſſeſſio. §. fina. Item fortè crederet aliquis quòd dictus ſtipulator haberet actionem æqualiter, id eſt pro dimidia: ſed non eſt verum: imò tantùm pro modo quem poteſt portare ſua pars hereditatis, quæ fuit tertia: vt dixi. natura enim prætoriarum ſtipulationum eſt talis, vt ſi ſint diuiduæ, diuidantur earum cõmoda D & incommoda: & non vni ex pluribus acquirantur, vel contra vnum. Vnde pone quòd fui ſtipulatus ab aliquo iudicatum ſolui, quæ eſt prætoria: & continet tria, ſcilicet de re iudicata ſoluenda: & de cauſa defendenda: & vt abſit dolus malus: vt. j. iudica. ſol. l. iudicatum ſolui. & poſtea lite pẽdente deceſſi pluribus heredibus inſtitutis, puta quatuor. & duo de heredibus meis vicerunt in cauſa quam inceperam: & alij duo ſuccubuerunt. certè illis ſolis duobus meis heredibus inſtitutis qui vicerũt, datur actio ex dicta mea ſtipulatione iudicatum ſolui, & non aliis duobus qui ſuccubuerunt. Item & ſi ille qui promiſit mihi iudicatum ſolui, pendente lite deceſſit quatuor heredibus inſtitutis, & alij duo de heredibus ſuis fuerunt à me abſoluti, & alij duo fuerunt mihi condemnati: illi duo qui fuerunt mihi condemnati, tenẽtur ex illa ſtipulatione, & alij non. & hæc quantum ad vnam clauſulam dictæ ſtipulationis iudicatum ſolui, id eſt quod ſonat verbũ dictæ ſtipulationis. & idem eſt quantum ad aliã clauſulam dictæ ſtipulationis. ſ. de cauſa E defendenda. nam ſi ego qui fui ſtipulatus iudicatum ſolui, deceſſi quatuor heredibus inſtitutis pendente lite propter quam erat interpoſita ſtipulatio prædicta, & dictus meus promiſſor deceſſit quatuor ſimiliter heredibus relictis, poſtea duo de heredibus promiſſoris bene defenderunt: certè illi heredes promiſſoris qui non defenderunt, tenentur ex ſtipulatione heredibus meis: & alij qui defenderunt, non tenentur. & econtra ſi omnes heredes promiſſoris bene defenderunt cauſam aduerſus duos de heredibus meis, & aduerſus alios duos: non tenentur illis meis heredibus aduerſus quos non defenderunt, & non illis aduerſus quos defenderũt. & hoc vult dicere litera huius. §. vt mihi videtur. Viuianus.

a *Prætoriam.* de qua dicitur. j. tit. j. l. j. Accurſius.

b *Pro ſuo modo.* id eſt pro parte ſua, non pro alterius: cùm ſingulariter imponatur ratio legis Falcidiæ: vt. j. eo. l. in ſingulis.

c *Ex ſtipulatu.* i. ex ſtipulatione certi condictionẽ. ſic. C. de pact. A l. ſi pacto. & dic ſtatim agi, ſi locum habet ab initio Falcidia. alioquin poſt agetur, cũ cœperit habere locũ: vt. j. eo. l. lex Falcidia.

d *Interpretationis.* vt diuidantur eorum commoda & incommoda, ſi modò ſint diuidua. aliàs ſecus. j. de verbo. obli. l. ij. & l. iiij. §. Cato. nec ob. quoniam vbi pœna adiecta eſt in ſtipulatione, licet ſtipulatio contineat diuiduum, puta pecuniæ dationem: aduerſus omnes cõmittitur, & in ſolidum propter vnum dãtem: quia diſtinctio diuidui & indiuidui ad factũ non ad dationẽ pertinet: vt. j. de verb. ob. liga. l. v. §. fin. & facit. ſ. fami. erciſcun. l. inter cõheredes. §. quod ex facto. & §. ſi quis. & l. heredes. §. an ea. & infra rẽ ra. ha. l. ſi procurator.

e *Iudicatum ſolui.* quæ tria cõtinet: vt infra iudicatum ſolui. l. iudicatũ ſolui. Accurſius.

f *Extitiſſent.* ſtipulatione & lite pendente.

g *Viciſſent.* per hoc apparet quòd dicit de clauſula quod ſonat verbũ. item quod ſubiicit, defenſa non eſſet, dicit de alia clauſula in defendẽdo. recipiunt enim diuiſionem ex vtraque parte.

*Annua bima.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi Seium heredem, & multa legata ab eo quibuſdã reliquit: inter quæ legauit Gaio primo anno poſt mortẽ ſuam teſtatoris centũ aureos, & ſecundo anno alios centũ aureos, & tertio alios centũ: & ita trecentos aureos legauit dicto Gaio: & poſtea deceſſit teſtator. eo mortuo apparet locum eſſe legi Falcidiæ. certè ex omnibus dictis ſummis debet ſtatim detrahi Falcidia. non autem detrahitur tantùm ex poſterioribus ſummis, ſiue ex poſteriori ſumma, vt quidam credebant. & h. d. hic. §. ſi autẽ nunc non eſſet certum locũ habere legẽ Falci. ſoluerẽtur prima legata integrè exacta à legatariis per heredẽ cautione: vt. ſ. proxi. §. & ſ. eo. l. is cui. & j. eo. l. lex Falcidia. Viuianus.

h *Annua bima trima.* id eſt in dieb⁹ tertij anni? vt ſupra de pac. dot. l. aliud. Azo.

i *Ex omnibus.* cum certum eſt ſtatim habere locũ Falcid. aliàs ſol- D uentur prima integrè exacta cautione: vt. j. eo. l. lex Falci. & j. tit. j. l. niſi. in fi. §. ſi in plures. & §. quoties.

k *Si Titio.* Dominus Azo dicit quòd in litera debet eſſe triginta. Et ponit ſic caſum, quòd Titio triginta fuerunt legata: & rogatus fuit ex iſtis triginta reſtituere quindecim Seio, & ita medietatem. deinde propter Falcidiam deminutum eſt legatũ in ſex, & ſic remanent vigintiquatuor in legato. nunquid ſolida quindecim reſtituẽtur fideicommiſſario? Certè non: ſed de his quæ ſuperſunt, præſtabit medietatem in. xij. & hoc ex coniectura voluntatis. voluit enim quòd vna medietas reſideret penes legatarium, cum ipſum de. xv. tantum præſtandis rogaret. vnde de his quæ ſuperſunt, præſtabit medietatem fideicõmiſſario. Alij vt H. colligũt hic quòd legatarius vnius rei detrahit Falcidiam de legato ſpeciali: & mutãt hic literam, vt habeant viginti: & ita caſum ponunt: Quidam legauit viginti, & rogauit eum vt Seio. xv. reſtitueret. deminutũ eſt legatum. xv. per Falcidiam in. v. ſic remanent xv. nunquid ergo ſo- E lida. xv. reſtituet legatarius fideicommiſſario? Certè non: imò quia heres detrahit de legato quartam, & legatarius de. xx. quæ ſuperſunt, quartam detrahet, & reliquum fideicommiſſario præſtabit: Prima verior, vt non iure Falcid. ſed propter præſumptam voluntatem detrahat legatarius: vt dixi. ſed & ſecundum illam literam ſcilicet. xv. poſſet poni vt prius: quaſi quartam volueris remanere apud legatarium, & pro hoc quòd legatarius ſpecialis non detrahet Falcidiam. j. eo. l. lex Falcidia ſi interueniat. §. nunquam. & j. tit. ij. l. ex aſſe. & no. C. communia de lega. l. j. Item no. quòd alia litera habet ibi. v. cum ipſa quoque &c. & eſt bona, & bene ſtabit in principio. xx. & erit caſus: Legauit quis Titio. xx. & rogauit eum vt. v. præſtaret Seio: & ſic quartam legati: deinde minutum eſt legatum de viginti in quinq; per Falcidiam. nunquid ergo ſolida quinque præſtabit legatarius de. xv? Reſpon. non, imò quartam eius quod ſupereſt, id eſt quartam. xv.

Caſum ponit.

l *Viginti.* aliàs triginta, ſecundum Azo.

hendum ait, quantum Titio ex viginti detractum eſſet. Quæ ſententia & æquitatem & rationem magis [a] habet: quia exẽplo [b] heredis legatarius ad fideicõmiſſa præſtanda obligabitur: nec quia ex [c] ſua perſona legatarius inducere legem Falcidiã non poſſit, idcirco quod paſſus eſſet, nõ imputaturum: niſi fortè teſtator ita fidei eius cõmiſiſſet, vt totũ quicquid ex teſtamento cepiſſet, reſtitueret. [d] Si autem manumittere ſeruum vel ſuum vel alienum rogatus ſit, omnimodo [e] præſtare debebit libertatem. Nec hoc contrariũ eſt ſuperiori: quia fauor libertatis ſæpe & aliàs benigniores ſententias exprimit. [f]

Legatum libertatis vel ſerui vt manumittatur, non defalcatur niſi cum alia res defalcabilis ſit legata. legatum vero pecuniæ vt ſeruus manumittatur, non defalcatur. ſi per hoc manumiſſio impeditur. aliàs ſecus. h. d. cũ tribus. ll. ſeq. Bartolus.

XXXIII. PAVLVS *libro tertio Fideicommiſſorum.*

SI ſeruus tibi legatus ſit, eúmque rogatus ſis manumittete, nec præterea capias [g] vnde quartam quæ per Falcidiam retinetur, [h] recipere [i] poſſis: ſenatus cẽſuit ceſſare Falcidiam.

XXXIIII. MARCELLVS *libro quadragenſimoſecundo Digeſtorum Iuliani notat:* [k]

IN teſtatoris ſeruo [l] non erit Falcidiæ locus. Si verò pecuniã, aliúdve quid legauerit, fideíque legatarij commiſerit vt alienũ [m] ſeruum, vel legatarij manumitteret, locus erit. [n]

XXV. VLPIANVS *libro ſexto Diſputationum.*

PLanè ſi quid ſit præterea legatum ipſi ſeruo, [o] Falcidiæ locum fore ſenatus declarauit. vnde Scęuola ait in eo quod pręterea ſeruo legatum eſt, ita Falcidiam admittendam, vt inde [p] & quod pro ſeruo præſtandum eſt, ſumatur. [q]

XXXVI. PAVLVS *libro tertio Fideicommiſſorum.*

SEd ſi non ſeruus ipſe legatus ſit, ſed pecunia, rogatúſque ſit legatarius ſeruum ſuum manumittere, Falcidiam patietur: & nihilo minus cogetur manumittere: quia tanti [r] æſtimaſſe videbitur ſeruum ſuum. Quid ſi alienus ſeruus fuerit? in eo non plus [ſ] quàm accepit, ad redimẽdum cogitur impendere. Sin verò heres ſeruum rogatus ſit manumittere, [t] placet pretium eius vt æs alienum deducendum eſſe. Si ſolus ſeruus legatus & fideicommiſſa libertate donatus fuerit: licet Falcidia interueniente, totus vindicari petíve [u] poteſt. Sed & ſi aliud præterea capiat legatarius, adhuc ſeruus totus peti poteſt. Quartam autem vtriuſque ex legato retinendam, ne impediatur libertas. [x]

---

a *Magis.* electiuè. & dic quàm contrarium.

b *Exemplo.* gaudet Bul. ſed dic quòd non eſt per omnia idem: quia eſt idem quò ad detrahendã: ſed non quò ad ius per quod detrahitur: cùm alter iure Falcidiæ, alter ex coniectura voluntatis. Acc.

c *Nec quia ex.* iraſcitur Bulg. ſed dicitur ex ſua perſona quando non eſt grauatus. Sed tu dic quod nullo modo iure Falcidiæ, ſed propter æquitatem. & not. quòd habet per alium, quod per ſe non poteſt: vt ſupra quæ res pigno. obliga. poſſ. l. Ariſto. ſic ergo patet minui fideicommiſſum per hoc ꝙ minuitur legatum. Sed contra ſupra eod. l. maritum. §. j. & ſupra de annu. lega. l. liberto. §. j. vbi non minuitur fideicõmiſſum, licet minuatur legatum per Falcidiam. Solutio: refert an ex eodem legato relinquatur fideicõmiſſum, vt hîc: an extrinſecus, vt ibi. & probatur ſupra de leg. ij. l. cùm pater. j. quæ videtur contra. Et eodem modo ſoluitur ſupra titu. j. l. Plautius. & facit infra titu. j. l. videamus. & ſupra de leg. j. ſi mihi Stichus.

d *Reſtitueret.* non præcipit non detrahi Falcidiam, ſed illud quod ex tacita voluntate poterat retinere propter Falcidiam ſibi ſubtractã, & ſic non eſt contra. ſupra eo. l. quod de bonis. §. j.

e *Omnimodo.* quando ſuum conſtat, etiam ſi Falcidiam patiatur: vt. j. de fideicommiſ. liberta. l. generaliter. §. ſi quis alienum. in alieno autem ita demum, ſi remanet vnde poſſet emi: vt infra eod. l. ſed ſi non eſt ſeruus. ſed certè imò potius Falcidia inde non detrahitur: vt infra de fideicommiſ. liber. l. decem. in fine.

In vulg. ed. eſt lex, Iulianus notat.

f *Exprimit.* vt. j. de re iudi. l. inter pares.

SI *ſeruus tibi.*] CASVS. Titius teſtator legauit tibi Stichum ſeruum ſuum, & rogauit te quòd eum manumitteres: & nihil aliud tibi legauit, & deceſſit. nunc apparet locum eſſe Falcidiæ in teſtamento ſuo propter multa alia legata quæ reliquit. nunquid poteris tu legatarius recipere ſiue detrahere Falcidiã ex hoc ſeruo, vt eam des heredi? Et dicitur quòd non. & hoc cenſuit ſenatus. & Iulianus dixit idem. & hoc dicitur in hac. l. & ſequen. vſque ad. §. ſi vero pecuniam. Si autem aliquid legauit teſtator dicto ſuo ſeruo quem tibi legauerat vt manumitteres, puta. x. declarauit ſenatus & etiam Scæuola vt ex dictis. x. ſeruo legatis detrahatur Falcidia & pro ſeruo, & pro ipſis. x. & idem ſi non legauit teſtator ſeruo quem tibi legauit vt manumitteres: ſed legauit tibi etiam decem. nam & hoc caſu ne libertas impediatur, quarta quæ debet detrahi de. x. & de ſeruo, detrahetur de. x. & licet non fuerit ſibi legatum aliquid præter ſeruum, totus ſeruus poſſit per te vindicari ab herede vt des ei libertatem, ita quòd heredi non remaneat Falcid. & hoc dicit in tota. l. planè ſi quid &c. & l. ſed ſi non ſeruus. §. ſi ſolus. vſque ad. §. ſi incertum. Et hæc omnia in ſeruo teſtatoris locum habent. ſi autem teſtator legauit tibi pecuniam, vel aliquid aliud, & rogauit te vt ſeruum tuum manumitteres: locus erit Falcid. ſicque Falcidiam patieris in dicto legato, & nihilò minus cogeris manumittere ſeruum tuum: quia accipiẽdo legatum defalcatum tanti videris æſtimaſſe dictum tuum ſeruum. Si autem alienus erat dictus ſeruus quem rogatus fuiſti manumittere, legata tibi pecunia, vel aliquo alio, locus erit ſimiliter Falcidiæ in dicta pecunia tibi legata, ſi ſeruus poſſit redimi per te deducta Falcidia de dicta pecunia: alioquin non debes cogi plus impendere ad redimendum eum, quàm accepiſti ex legato pecuniæ defalcato. & ſic tunc melius eſt dicere quòd non ſit locus Falcidiæ, fauore libertatis. & hoc dicit in l. Iulianus. §. ſi verò pecuniam. & l. ſed ſi non ſeruus. vſq; ad. §. ſin vero heres. & hæc omnia locum habent quando tu legatarius fuiſti rogatus de manumittẽdo. ſi autem heres rogatus ſit manumittere ſeruum alienum, pretiũ dicti ſerui deducitur vt æs alienum de hereditate, ita quòd de eo non detrahitur Falcidia, ſi detracta de eo pretio Falcidia non poteſt redimi ſeruus. Viuianus.

g *Capias.* ſcilicet aliquid aliud præter ſeruum.

h *Retinetur.* id eſt quã retinere vult heres de ſeruo legato.

i *Recipere.* & dic, recipere, id eſt accipere & dare heredi. nã nihil aliud eſt tibi legatum præter ſeruum. ad quod. ſ. eo. l. planè. & l. ſeq. §. ſi ſolus. & ſunt hęc fauore libertatis. ad quod. j. l. proxi. & ſ. l. proxi. in fi.

k *Iuliani notat.* approbando quod ſuperiori. l. dictum eſt.

l IN *teſtatoris ſeruo.* legato vt manumittatur.

m *Vt alienum.* licet hos duos caſus cõtingat, tamen infra. l. ſed ſi non ſeruus. ſeparantur: quia in ſeruo ſuo agnito legato indiſtinctè patitur Falc. in alieno idem, ſi poſſit redimi deducta Falcid. alioquin contra: quia Falcid. non detrahitur: vt. j. l. ſed ſi non ſeruus. §. quòd ſi alienus.

n *Locus erit.* Falcidiæ. Accurſius.

o PLane. *Ipſi ſeruo.* teſtatoris legato vt manumittatur: puta decem. & hic caſus colligitur. j. l. proxi. in prin. & dic idem ſi ipſi legatario: vt. j. l. proxi. §. ſi ſolus. Accurſius.

p *Vt inde.* id eſt ex decem ex quibus Falcidia detrahitur.

q *Sumatur.* Not. ergo quòd pro duobus legatis detrahitur [a] ex vno vtriuſque Falcidia: vt. ſ. eod. l. ſi fundus mihi legetur. & j. l. proxi. §. ſi ſolus. Accurſius.

a] Limita quando vni & eidẽ ſunt illæ duæ ſpecies legatæ. ſecus ſi diuerſis: quia pro rata detraheretur Falc. l. 1. & ibi Bal. C. ad legem Falc. Bar. in. l. in imponẽda. eo. titu.

r SEd *ſi non ſeruus.* *Tanti.* ſic. ſ. de leg. ij. l. imperator. §. ſi centum. & j. de fideicõmiſ. lib. l. generaliter. §. ſi quis alienum.

ſ *Non plus.* ſi ergo deducta Falcidia poteſt redimi, cogitur. aliàs Falcidia non deducitur: vt not. ſ. eod. l. Iulianus.

t *Manumittere.* alienũ. & tunc eſt ſenſus ꝙ non deducitur Falcid. ſi aliàs nõ poteſt redimi: vt. j. de fideicõ. lib. l. decẽ. nã in ſeruo heredis cogitur, ſi deducto ære alieno aliquid ad eum peruenit: vt. j. de fideicõ. lib. l. generaliter. §. ſi quis alienũ. ibi, proinde Marcellus. ſed & ibi teſtator in ſeruo heredis pretium ſtatuit: qđ pretiũ vt æs alienũ fortè deducitur. & in eo caſu hîc fortè loquitur ſecundũ Azo.

u *Peti.* id eſt legatarius totum petere poteſt.

x *Ne impediatur libertas.* quę nõ minuitur per Falc. vt. ſ. de inof. teſt. l. Papinianus. §. quarta. & facit. ſ. l. proxi. & facit. ſ. de leg. ij. l. v.

*Si incertum.*] CASVS. in hoc. §. figuratur cum. ll. ſeq. vſque ad. l. ad veterani. Titius teſtator legauit tibi Stichum ſeruum ſuum purè, & rogauit te vt eum manumitteres ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit, vel poſt tempus incertum, quod loco conditio-

nis

tionis habetur, & deceſſit. & apparet nunc locum eſſe Falcidiæ in teſtamento ſuo propter multa alia legata quæ reliquit. vnde quæritur: nunquid incerto eo an præſtetur libertas, cùm poſſit aut ſeruus prædictus mori, aut conditio libertatis deficere: interim id eſt pendente dicta conditione eſt admittenda Falcidia in legato ipſius ſerui. deinde cùm libertas competere aut debere cœpit ſeruo, eo quòd conditio libertatis extitit, tunc tu legatarius illam partem in ſeruo recipias quam de eo Falcidia detraxit? Et certè hoc Cæcilio iuriſcōſulto placebat, ſcilicet vt pendente conditione, vel die incerta admittēda ſit Falcidia in legato ſerui, vt ſic incipiat ſeruus eſſe communis tibi legatario & heredi. adueniente autem conditione libertatis ſerui tui recipias partem de eo detractam nomine Falcidiæ, vt ſic ei poſſis dare libertatem ſicut fuiſti rogatus. Sed quid ſi heres fuit in mora dandi tibi dictum ſeruum qui erat tibi purè legat⁹ & ſub conditioue manumiſſus, & medio tempore antequam exiſteret conditio libertatis, heres fuit cōſecutus fundum valentem viginti ex operis eius? nūquid illa vigīti debebit in Falcidię rationem erogare vt tāto minus detrahat aliis legatariis nomine Falcidiæ? Et dicitur quòd ſic. Sed certè Cæcilius malè dixit in eo ꝙ dixit quod pendente conditione libertatis, vel die incerto admittenda ſit Falcidia in legato dicti ſerui. nam dicti ſerui æſtimatio perinde fieri debet. ac ſi eſſet ſtatuliber. ſtatuliber autem heredis non auget Falcidiam ſiue ſubſtantiam: imò eius æſtimatio deduci debet de æſtimatione hereditatis tanquam æs aliennm in ratione legis Falcidiæ, Sic etiam euenit quando heres rogatus eſt ſeruum alienū manumittere. nam & tunc placuit ſapientibus. vt etiam huius ſerui pretium debeat deduci tanquam æs alienum in æſtimatione hereditatis. Sed quid eſt de ſeruis quos teſtator habebat cōmunes cum alio, & non dedit eis libertatem? & certè in ratione legis Falcidiæ connumerantur in patrimonio vtriuſque domini. ſed ille ſeruus cuius vſusfructus eſt alienus, in dominio proprietarij connumeratur circa rationem legis Falcidiæ. Pignori autem dati ſerui in debitoris dominio connumerantur. Serui autem diſtracti ſub lege commiſſoria, in venditoris dominio connumerantur. in quo caſu pone ita exemplum. Teſtator vendiderat Titio Stichum & Pamphilum pro viginti ſub conditione, ſi ſolueret ei Titius pretium prędictum vſque ad menſem. & poſtea tranſiuit mēſis antequam emptor ſolueret pretium, vel etiam non tranſiuit. certe adhuc eſt dominium venditoris. fuit enim facta venditio ſub cōditione, & non ſub conditione reſoluenda. Item ſerui addicti ad diem, venditoris in dominio connumerantur. in quo caſu pone ita exemplum. Teſtator vendiderat Titio Stichum & Pamphilum ſub conditione, ſi alius non attulerit meliorem conditionem intra menſem, & ita fuit cōditionalis venditio: & non fuit reſoluenda ſub conditione. Scias etiam quod æris alieni loco deducuntur in ratione legis Falcidiæ non ſolùm pretia alienorum ſeruorum quibus libertas eſt data per teſtatorem ab herede ſuo, vt dictum eſt in l. eius. ij. reſpon. & eorū ſeruorum teſtatoris qui ſuppltcio ſunt affecti. eo quòd dominum eorum non iuuerunt cùm occideretur, cùm ſcirent eum occidi: ſed etiam eius ſerui prerium æris alieni loco per heredem deducitur, quem ſeruum prætor donauit libertate propter iudicium proditæ mortis domini per ſeruum, vel propter iudicium coniurationis domini per ſeruum: & propter indicium coniurationis eorum detectæ per ſeruum, puta quia detexit ſeruus coram prætore reos ſiue malefactores qui ſimul iurauerant occidere dominum ipſius ſerui: & prætor eum libertate donauit. & hoc dicit vſque ad l. ad veterani. Viuianus.

Si ſeruus legatur purè vt manumittatur in diem, vel ſub conditione: hoc legatum interim defalcatur: ſed quò ad alios legatarios interim talis ſeruus exemplo ſtatuliberi æſtimatur. hoc dicit cū. l. ſeq. Bartolus.

Si incertum ſit an libertas præſtari debeat, veluti quòd ſub conditione, vel poſt tempus data ſit[a] (B) nunquid incerto eo an præſtetur, cum poſsit aut ſeruus mori, aut cōditio deficere, interim Falcidia admittenda eſt?[b] deinde cū libertas cōpetere vel deberi cœperit, tum legatarius illam partem recipiat[c] quam Falcidia detraxit? Cæcilio placebat ſi quid ex operis eius medio tēpore conſecutus fuerit heres:[d] id in pretium eius[e] erogare eum debere propter legis Falcidiæ rationem.

XXXVII. VALENS *libro ſexto de Fideicommiſſis.*

EIus ſerui[f] æſtimatio perinde ac ſtatuliberi[g] fieri debet. Sed & ſi heres ſeruum alienum rogatus eſt manumittere: placuit vt etiam huius pretium ex æſtimatione hereditatis deduci[h] debeat.

XXXVIII. HERMOGENIANVS *libro primo iuris Epitomarum.*

STatuliber heredis non auget familiam.[i] Communes ſerui in vtriuſque patrimonio connumerantur. Cuius vſusfructus alienus eſt, in dominio proprietatis* connumeratur: pignori dati, in debitoris:[k] ſub lege commiſſoria diſtracti, item ad idem addicti, in venditoris.[l]

* Proprietarij.

In computatione Falcid. habetur conſideratio pretij ſeruorum quibus eſt data libertas: & etiam eorum qui ſupplicio vltimo ſunt affecti: & eorum qui in præmium libertatem accipiunt. Alexand.

XXXIX. PAVLVS *libro tertio Sententiarum.*

AEris alieni loco deducuntur non ſolùm pretia eorum[m] quibus libertas data eſt, & eorum (C) qui ſupplicio ſunt affecti:[n] ſed & eius quem prætor propter indicium proditæ mortis, vel detectæ eorum* coniurationis libertate donauit.[o] †

* Reorum.

† Memorabile exēplū huiuſcemodi manumiſſionis refert Liuius lib. 2. ab vrb. cōd. Vide Paulū in recept. ſent.

Teſtamentum veterani, etiam

a *Data ſit.* ſeruus vero pure legatus ſit. Azo.

(A) b *Admittenda eſt.* in legato ſerui: vt incipiat communis eſſe heredis & legatarij: vt infra eo. l. Plautius. hoc tamen reprobari videtur: vt ſupra eo. l. in ratione. §. j. & . j̃. eo. l. eius. & l. ſtatuliber. Azo.

c *Recipiat.* ipſo iure trāſlato in eum dominio ab herede. Azo.

d *Fuerit heres.* ſcilicet ꝓ quarta portione ſerui quam habuit occaſione Falcidię quam pendente conditione libertatis lex permiſit detrahi: vt ſuperius dixi. Azo.

e *Pretium eius.* ſcilicet in Falcidia, vt tantò minus detrahat ab aliis legatariis. nam ob hoccertum eſt quòd non detrahit: vt ſupra eod. l. Iulianus. & facit infra eod. l. cum quo. §. is qui. & infra tit. j. l. iij. §. quotiens. & s̃. eodem l. quod de bonis. §. fructus.

f EIus ſerui. legati purè, & ſub cōditione manumiſſi: vt, s̃. l. ꝓxi. §. fi. dixi. Accurſius.

g *Statuliberi.* qui nō auget familiam heredis: vt infra. l. proxi.

h *Debeat deduci.* ſic. j̃. e. l. æris & j̃. titu. j. l. j. §. in quibuſdā. & inſtit. eo. §. cùm autem. Accurſius.

i STatuliber. Familiam. id eſt ſubſtantiam. ſic. C. de verb. ſigni. l. fi. & eſt hoc verum quò ad Falcidiam. vere tamen in dominio heredis ſunt pendente conditione: vt infra de ſtatulib. l. ſtatuliberi. compendium tamen medij temporis computatur in Falcidiam, & ſic proficit cæteris legatariis: licèt non ei cui legatis fuerit vt manumitteret: quia nec Falcidiam patiebatur: vt ſupra eodem l. ſed ſi non ſeruus. §. fina. ſed & ſi ponas aliam rem ei ſub conditione legatam, compendium temporis proficit: vt. j̃. eo. l. in quantitate. §. magna.

(D) k *In debitoris.* facit ad prædicta. ſupra ad Silan. l. j. §. j. & ij. & qui ſatiſda. cog. l. ſciendum. §. j. & ij.

l *In venditoris.* imò in lege commiſſoria eſt emptoris: ſed non ſoluta pecunia redit in dominium venditoris: vt. C. de pact. inter empt. & vendi. l. commiſſoriæ. contra. Sed dic quòd fuit tradita poſſeſſio precaria: vt infra eodem titu. l, qui ea lege. vel hoc accipe quando iam ceſſauerat in ſoluendo. vel pone quòd fuit facta ſub conditione, non autem re ſoluenda ſub conditione. Item ad pactum addictionis in diem eſt contra ſupra de in diem addic. l. vbi autem. §. ſed & Marcellus. vbi eſt in dominio emptoris. Solu, vt etiam prædictū contrarium ſolui.

m AEris. Eorum. ſeruorum alienorum: vt ſupra eod. l. ſed ſi non. §. ſin verò. & l. eius.

n *Affecti.* quia non iuuerunt dominum, cùm eſſent ſub eodem tecto: vt ſupra ad Sila. l. j. in princi.

(E) o *Donauit.* hoc tamen caſu ſoluit fiſcus pretium domino: vt argu, C. pro quibus cau. ſer. lib. l. antepenul. Vel ibi eſt ſpeciale eo caſu. Vel ſoluit de propria burſa fiſcus, ſed poſtea detrahit de hereditate vt hic innuit. & facit. s̃. ad Sila. l. iij. §, ſi ex ſtipulatione. & l. domino occiſo. & infra de bo. lib. l. ſi necem.

AD veterani.] CASVS. Titius paterfamiliàs vel etiam filiusfamilias fuit miles, & poſtea fuit remiſſus de militia: & ſic fuit effectus veteranus. & poſt miſſionem teſtamentum fecit intra annum miſsionis. nunquid in eo habet locum lex Falcidia, ſi reliquit legata vltra dodrantem? ſit dicitur quòd ſic: & hoc ſiue decedat intra annum miſsionis, ſiue poſt. [SI CVI, SI DECEM.] Inſtitui, mihi heredem Titium, & multa legata ab eo reliqui, etiam vltra dodrantem: inter quæ legaui Seio fundum valentem xx. ſub conditione, ſi daret heredi meo decem, certè dicitur hîc quòd hic legatarius habetur legatarius in toto fundo, ſcilicet quantum ad hoc vt de toto fundo poſsit detrahi Falcidla per heredem: non

obſtante quòd ipſe dedit heredi decem cauſa implendæ conditionis legati fundi. Viuianus.

A

a *Ad veterani.* id eſt eius qui miſſus de militia teſtatur: quia de iure communi eum teſtari oportet. ſecus ſi in militia teſtatus ſit, & intra annum decedat: vt. j. eo. l. ſi miles. & l. fi. & s. eo. l. ſi poſt.

b *Legatarius habebitur.* contra ſupra de lega. j. l. nõ amplius. in princip. Sol. ibi vt non poſſit in plus grauari: vt. s. de lega. j. l. ciuitatibus. §. fina. hîc vt totũ defalcetur. ſic ſupra eod. l. ſi à me. Item contra ſupra eo. l. ſi dignum. & l. in ratione. §. vedere. ſed hîc datur cauſa implendę conditionis: ibi pretium eſt ad quod infra eod. l. in quartam. in fin. & ſupra tit. j. l. Plautius. in princip. & §. diuerſum. & j. eo. l. ſi fundum. & l. qui fundum.

**ſi deceſſit intra annum miſſionis, non eſt priuilegiatũ circa detractionem Falcidiæ. Alexan.**

XL. HERMOGENIANVS *libro quarto iuris Epitomarum.*

AD veterani[a] teſtamentum, ſiue paterfamilias ſiue filiusfamilias ſit, licèt intra annũ miſſionis decedat, lex Falcidia pertinet. Si cui, ſi decẽ dediſſet, viginti fundus fuiſſet legatus: is in toto fundo legatarius habebitur.[b] B

XLI. PAVLVS *libro nono ad Edictum.*

DOlo carere non videtur, ſi iam mota quis controuerſia hereditatis, legata ſine cautionibus[c] det.

XLII. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Edictum.*

IN[+] Falcidia[d] æſtimatio pretij rerum ex veritate facięda eſt.

**Res quæ poſt mortẽ ſuperuenerunt ex cauſa habente originẽ in vita teſtatoris, computãtur in patrimonio. Alexand.** C

XLIII. IDEM *libro nonodecimo ad Edictum.*

SErui qui apud hoſtes ſunt, poſt mortẽ teſtatoris reuerſis

*Olo carere.* ] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium: & multa legata ab eo reliqui. poſtea, ponamus, natus fuit mihi poſtumus, & ſic ruptum fuit teſtamentum. egit iſte poſtumus contra dictũ Titium heredem, & petiit ab eo hereditatem. interim Titius ſoluit legata dictis legatariis, & non accepit cautiones de reſtituendis ſibi legatis, ſi euicta foret ei hereditas. certè non videtur carere dolo ipſe Titius quãtum ad hoc. vnde euicta poſt ea ſibi hereditate tenetur victori reſtituere legata prædicta, ac ſi ea haberet, & habeat damnum, ſi nõ fecit ſibi per legatarios caueri. Viuianus.

[+] Hæc lex in vulg. per peram collocata eſt poſt legem quæ ſequitur eam. cau ſa erroris fuit, quòd ad marginẽ libri Fl. erat ſub obelo ſcripta. Ant. Aug. lib. 3. c. 1.

c *Cautionibus.* ſcilicet euicta hereditate legata reddi: vt. C. de lega. l. ſi in fraudem. Item not. hic de dolo præſumpto.[a] ſic. s. mand. l. ſi procuratorem. §. dolo. & l. dolus. Sed arg. contra. C. de dolo. l. dolum. Item facit. j. tit. j. l. hæc autẽ. §. fina. & s. de peti. here. l. quòd ſi poſſeſſor. & ſupra ad exhib. l. Iulianus. §. ſi tibi. & ſupra de peti. hered. l. fina. §. j. D

a] Dolus præſumptus, & lata culpa, quo modo differãt, Bar to. in. l. quod Nerua. s. de poſi. & ibidẽ Alex. Bal. in l. pignus. C. de pignc. actio.

*N Falcidia.* ] CASVS. Hæc lex dicit ꝙ in ratione quàm trahit heres cum legatariis, ad ſciendum vtrum habeat locum lex Falcidia vel non, eſt facienda æſtimatio pretij rerum hereditariarum ex veritate, & non ex affectione alicuius. Viuianus.

d *In Falcidia.* facit. j. e. l. in lege Falcidia. §. corpora. & l. pretia.

*Erui qui apud.* ] CASVS. Tempore mortis teſtatoris qui multa legata reliquerat, erant quidã ſui ſerui ab hoſtibus capti: & poſtea fuerũt reuerſi poſt mortem teſtatoris. certè quãtum ad rationem legis Falcidiæ faciunt dicti ſerui locupletiorem hereditatem, vt ſic minor legatariis Falcidia detrahatur: licèt tempore mortis teſtatoris non eſſent in hereditate. nam ex quo reuerſi ſunt, fingũtur nunquam capti fuiſſe. Viuianus.

e *Hereditatem.* quia finguntur non fore capti: vt infra de capti. & poſtliminio reuer. l. poſtliminium. §. transfugæ. alias contra: vt. s. e. l. in ratione. §. j. E

*Alcidia.* ] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & multa legata ab eo reliqui, & ſeruo meo Sticho dedi libertatem ſub conditione, ſi daret dicto meo heredi decẽ. poſtea dictus Stichus qui dicitur ſtatuliber, dedit dicta decem heredi de alieno, & nõ de bonis mei defuncti. nunquid dicta decem imputantur heredi in Falcidiam, vt propter ea decem minorem aliis legatariis detrahat Falcidiam? Et dicitur quòd non. & idem eſt ſi ego teſtator dedi libertatem Gaio liberto ſub conditione, ſi daret heredi meo decem: & ipſe Gaius credens ſe eſſe ſeruum meum dedit decem heredi de peculio quod non erat heredis. nam & iſta. x. non imputat ſibi heres in Falcidiã, cum ea teneatur reſtituere dicto Gaio. Viuianus.

f *Non poteſt.* id eſt non imputatur heredi in Falcidia. & not. de alieno. ſecus ſi de ſuo peculio: vt. j. eo. id autem. & intelligitur de ſuo: vt. j. de dona. cau. mor. l. quod ſtatuliber. Accurſius.

g *Impleuit.* credens ſe ſeruum impleuit conditionem ſub qua erat relicta libertas, & dedit de peculio quod non erat heredis: vnde poteſt repeti. vt ſupra de condi. ob cauſam. l. dedi. §. ſi liber. & §. ſi quis. nam quia repetitur, patet quòd per Falcidiam non retinetur. Alij dicunt quòd alius liber homo dedit de ſuo pro ſeruo cui erat relicta libertas, ſi decẽ daret heredi.

quod ad Falcidiam pertinet, locupletiorẽ faciunt hereditatẽ.[e]

XLIIII. PAVLVS *libro vicenſimo ad Edictum.*

FAlcidia interuenire non poteſt,[f] ſi ſtatuliber de alieno dedit, non de bonis defuncti: vel aliàs eſt homo liber, qui conditionem impleuit.[g]

XLV. PAVLVS *libro ſexagenſimo ad Edictum.*

IN lege Falcidia non habetur pro puro quod in diẽ relictum eſt. medij enim tẽporis cõmodũ cõputatur[h] in his legatis quę ſub cõditione relicta ſunt. Proculus putabat, cũ quęritur de lege Falcidia, tantũ eſſe in legato, quanti venire[i] poſſunt. Quòd ſi eſt, & deductio ſic poteſt fieri, vt tãtum videatur vi deberi,[+] quanti nomen venire poteſt. Sed hæc ſentẽtia nõ probatur. Cautionib⁹[k] ergo melius res temperabitur.

XLVI. VLPIANVS *libro ſeptuagenſimoſexto ad Edictum.*

QVi quod per Falcidiam retinere poterat, voluntatẽ teſtatoris ſecutus ſpopondit ſe daturum, cogendus eſt ſoluere.[l]

*N lege Falcidia.* ] CASVS. Hæc lex dicit quòd in dicta ratione non habetur pro puro illud legatum quod in diem relictum eſt. cum modũ enim medij temporis computatur here di in Falcid. Sed pone ꝙ quędã legata ſunt relicta purè, & quædam ſub cõditione. quid cõputabimus eſſe in legatis cõditionalibus cum trahitur dicta ratio legis Falcidiæ? Et certè di xerunt quidam tãtum eſſe in legatis conditionalibus, quantũ vendi poſſunt: & de illo pretio quo vendi poſſunt, id eſt habito reſpectu ad illud pretiũ quo vẽdi poſſunt, poteſt de eis heres Falcidiam detrahere. ſed hæc ſententia reprobatur, imò melius eſt quòd res tẽperetur per cautiones, ſcilicet vt heres incontinenti ſoluat legata illis legatariis quibus legatum eſt purè, & propter quorum ſola legata non haberet locum lex Falcidia, & nõ habeatur nunc ratio legatorum conditionalium, ſed expectetur eorum conditio: & legatarij quibus legatum eſt purè, & quibus heres ſoluit legata, caueant heredi de reddendo ei quantum plus apparuerit eos accepiſſe tempore exiſtentis conditionis legatorum conditionalium, quàm per legem Falcidiam eis accipere liceret. Viuianus.

[+] vi deberi, id eſt ſic. s. uerſus & l. i. s. de arbi. l. ad. s. de condi. & demonſt.

h *Computatur.* vt & s. eo. l. ſed ſi non ſeruus. §. fi. & facit hic verſum in his & c. ſecundum alios nõ: ſed ibi, Proculus & c. vt dicebat Azo. & facit. j. eo. l. circa, & l. in quantitate. §. in diem. & l. qui quadringenta. §. fi. & s. man. l. ſi mandauero tibi. in princ.

i *Venire.* ſic. s. de condict. fur. l. ſi ſeruus. §. quòd ſi pendente.

k *Cautionibus.* vt reddat quanto plus accepit: vt. s. l. j. §. ſi in annos. & j. eo. l. lex Falcidia. ſed contra. j. eo. l. cum Titio. Solu. ibi.

*Vi quod.* ] CASVS. Hæc lex dicit quòd ſi heres poteſt detrahere Falcidiã ex eo quod teſtator legauit vltra dodrantẽ bonorum ſuorum, & nihilo minus promiſit legatariis ſe ſoluturum eis integra legata ſecundum voluntatem teſtatoris: cogẽdus eſt ſoluere integra. Viuianus.

l *Soluere.* ſic. C. eo. l. ſi. & s. de condi. indeb. l. fideicommiſſum. & j. de dona. l. ſi patronus. §. j. Sed arg. contra. s. eo. l. quod de bonis. §. j.

ADDITIO. Dic ſecundum Barto. quod ibi loquitur eo viuo: hic poſt mortem.

*Ex Falcidia.* ] Inſtitui mihi heredem Titium, & multa legata quibuſdam reliqui: inter quæ reliqui Seio annua decem, & ita habet ſe modus ſiue quantitas dictorum legatorum vt nunc non habeat locum lex Falcid. ſed ſi ſoluantur dicta decem annua per decem annos futuros, locum habeat Falcidi. quæro, qualiter heres meus habeat hic facere circa rationem legis Falcid. cum dicto Seio? & certè quandiu Falcidia nondum locum habet, integræ penſiones annuæ dabuntur per heredem dicto Seio, id eſt integra decem omni anno: & debet cauere Seius heredi de reddendo ei quanto plus apparebit poſtea eum accepiſſe, quàm licuerit ei capere per legem Falcid. adueniente autem poſtea anno, quo non, id eſt propter ſolutionem cuius anni fit vt contra legem Falcid. aliquid debeatur dicto Seio legatario, eueniet

eueniet vt retro minuātur omnia legata ſingulorum annorum. & ſic repetet heres à dicto Seio legatario quartam cuiuſlibet annui legati ex vi prædictæ ſtipulationis. & ita ex poſtfacto apparet locū habere legem Falcid.in omnibus penſionibus, [NVNQVAM.] Inſtitui mihi heredem Titium, & legaui, c. Seio:& rogaui Seium prædictum vt dicta centum reſtitueret ſiue daret Gaio, & deceſſi. poſtea ſoluit heres Seio. c. prædicta detracta ex eis Falcid, vel non detracta non facio vim. nūquid Seius cùm dat poſteadicta centum Gaio, poteſt ei detrahere Falcid. Et dicitur quòd non, & idē eſt ſi per fideicomm. reliqui dicta cētum Seio: & rogaui eum quòd daret ea Gaio. Item idem eſt ſi dictum meum heredem rogaui per fideicomm. vt reſtitueret hereditatem meam Seio: & rogaui Seium quod eam reſtirueret Gaio, nam ſi heres reſtituat ex Trebelliano Seio hereditatem detracta vel non detractaquarta, nō facio vim, non detrahet quartam Sei9 Gaio prędicto cùm reſtitueret ei hereditatem. Viuia.

Si legatum anuum relinquitur: non antè defalcatur, quàm eueniat dies ſoluendi legatum per ꝙ Falcidia interuenit. Alex.

XLVII. IDEM *libro ſeptuageſimonono ad Edictum.*

LEx Falcidia ſi interueniat, in omnibus pēſionibus [a] locum habet: ſed hoc ex poſt facto apparebit: [b] vtputa in annos ſingulos legatum relictum eſt. quamdiu Falcidia nondum locum habet, integræ [c] penſiones annuæ dabūtur. Sed enim ſi annus venerit, quò fit vt cōtra legem Falcidiam vltra dodrātem aliquid debeatur eueniet vt retro omnia legata ſingulorum annorum imminuātur. Nunquam legatarius vel fideicōmiſſarius, [d] licet ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtituitur ei hereditas, vtitur legis Falcidiæ beneficio.

Obligatio dupli inter heredem vel teſtatorem conſiſtens, heredi & contra heredem reſeruatur in ſimplū ad excludendā Falc. Bart.

a *Penſionibus*. id eſt petitionibus.

b *Apparebit*. ſcilic. quādoque.

c *Integra*. accepta cautione, quanto plus, &c. vt ſupra l.j.§.ſi in annos, & infra eod.l. legis Falcidiæ. Sed contra infra eo.l.hereditatum. vbi ab initio fit computatio. Solu.ibi fit computatio propter cæteros legatarios: hîc cum eo cui eſt relictum hoc annuum. & eodem modo ſolu.infra eo.l.cū Titio. & ſic intellige ſupra eo.l.pœnales.§.annua.

d *Fideicommiſſarius*. ſpecialis vel generalis: vt ſubiicit. ſed fallit in generali in duobus caſibus, ſcilicet quando heres ſponte adiit, & ſponte Falcid.non detraxit volens liberalitatem exercere in fideicōmiſſarium: & hoc ſi ab herede relicta ſunt legata. cæterùm ſi à fideicommiſſario. nunquam detrahet Falcidiam. Item in alio, ſi coactus heres adiit. tunc enim fideicommiſſarius detrahit Falcidiam: quia abſurdum eſt legatariis plus præſtari quàm præſtaretur ſi heres ſponrè adiiſſet: vt infra titu.ij.l.j.§.inde Neratius. & l. Marcellus.§.quod ſi ſuſpecta. &.l.facta.§. ſi cum ſuſpecta. facit ergo hic.§. pro opinione Azo. qui dixit legatarium non detrahere Falcid. Sed alij contra. ſi eis detrahatur: pro quibus eſt ſupra eodem l.pœnales §.fina. &.C.communia de lega.l.j.§.j.quæ ſunt contra. Sed dic vt in qualibet earum no. hanc autem intelligebant quando eis non detrahebatur.

CVm emptor.] CASVS. Titius vendidit mihi fundum pro cētum, & promiſit mihi de dupla nomine euictionis. poſtea fecit dictus venditor teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem meipſum emptorem, & multa legata quibuſdam reliquit etiam vltra dodrantem hereditatis ſuæ. ita quòd habuit poſtea locum lex Falcidia. poſtea vel etiam antè mortem venditoris eiuſdem teſtatoris Sempronius euicit mihi per ſentētiam dictum fundum: & ideo debeo recipere ex hereditate venditoris in qua ipſe venditor me inſtituit, duplum nomine euictionis. nunquid ergo emptor idémque heres venditoris debeo deducere de hereditate venditoris duplum nomine euictionis tanquam æs alienum, vt ſic maiorem Falcidiam detraham legatariis ſupradictis? an verò ſimplum tantùm debeo deducere? Et videtur quòd duplum: quia duplum eſſet detrahendum ſi alius heres extitiſſet venditoris, & non ego emptor, & mihi emptori per heredem venditoris præſtandum. benignius eſt tamen in ſimplum mihi emptori imputari, vt ſcilicet illud tantummodo detraham tanquam æs alienum. & idem eſt econtra, ſi ego emptor inſtitui mihi heredem dictum venditorem, & multa legata quibuſdam reliqui, & mihi euictus fuerit dictus fundus? ſcilicet vt dictus venditor heres meus debeat ſibi computare in hereditate mea quam habet, ſimplum nomine euictionis, & non duplum: vt ſic pro illo ſimplo taliter computato minorem



legatariis detrahat Falcidiam: quamuis ſi alius heres extitiſſet mihi
A emptori, duplum imputaretur ei in hereditate mea, vt pro eo duplo taliter imputato tanto minorem Falci. legatarij detraherent, ꝙ duplum ipſe alius heres meus recuperaret à venditore qui non eſſet meus heres. Viuianus.

XLVIII. PAVLVS *libro ſecundo ad Edictum Aedilium Curulium.*

CVm emptor vēdito ri, vel cōtra heres exſtitit: euicto homine vtrum duplum in æs alienum deducere vel computare debeat, an ſimplum? [e] duplum enim eſſet ſi ali9 heres extitiſſet. Et benigni9 eſt eodem herede exiſtente ſim-
B plum ei imputari.

Spes defalcandi communis eſt heredis & legatarij: & quod legatur ſeruo communi, eis acquiritur quibus poteſt. Bartolus.

XLIX. IDEM *libro duodecimo ad Plautium.*

PLautius: [f] Seruo quem tibi legaueram, fundum legaui. Atilicinus, Nerua, Sabinus, primùm in ſeruo rationem legis Falcidiæ habendam: & quota pars
C ex eo decederet, eam partem in fundo legato inutilem futuram: deinde ex reliquis partibus fundi legis Falcidiæ portionem deceſſuram, ſicut ex omnibus legatis.

e *Simplum*. imò duplū: vt ſupra de her. vel act. vendi.l.ij,§.ſi Titius. Solu.ibi. Itē no. quòd non admittitur vt quilibet. ſic ſupra de euict,l.non tamen. Sed argu. contra s̃.eo.l.ſi à me. Item facit C. eod. l.in imponēda, Accurſius.

PLaut ius ſeruo.] CASVS. Ego inſtitui Plautium mihi heredē: & ſeruum meū Stichū legaui Titio à dicto Plautio meo herede, & deceſſi, poſtea Plautius heres meus fecit teſtamentū, & dicto Sticho fundum legauit ab herede ſuo Plautij: & deceſſit idem Plautius. vnde heres Plautij debet ſoluere legata à ſe relicta per Plautium, & relicta à Plautio per me. cùm autem habeat locum Falcidia in legatis à me relictis, & in legatis relictis à Plautio herede meo, ex eo quòd vltra dodrātes legauimus: quæritur qualiter deducto Sticho ſerno meo, & deducto fundo Sticho per Plautium legato, debeat heres Plautij detrahere Falcidiam? Et reſponderunt tres iuriſconſulti, ſcilicet Atilicinus, & Nerua, & Sabinus, primo habendam rationem legis Falcidiæ in dicto ſeruo Sticho: & quota pars ex eo Sticho decederet per legem Falcidiam, eam partem, id eſt quantum valet illa pars, futurā inutilem legatario in legato fundi. poſtea autem reliquis partibus dicti fundi dixerunt deceſſuram portionem legis Falcidiæ, ſicut decedit ex omnibus aliis legatis. & ita dixerunt quod de fundo detrahatur Falcidia pro ſeruo, & pro fundo. Caſſius autem reprehendit
D eos dicens: Quando de ſeruo legato pars legis Falcidiæ decedit, quod eſt vbicunque habet locum lex Falcid. in hereditate illiusqui legauit ſeruum, incipit ſeruus legatus fieri communis heredis pro quarta nomine Falcid. & legatarij pro tribus partibus eiuſdem ſerui, & ſi ſit legatum dicto ſeruo taliter communi ſibi & legatario, vt dictum eſt, totum legarum ſeruo relictum pertinet ad ſocium legatarium: quia in ea perſona ſcilicet legatarij ſocij, legatum conſiſtere poteſt. q.d. non in perſona heredis qui legauit ſeruo communi ſibi & legatatio. quia ergo tali modo dettahitur Falcid. de ſeruo legato. vt efficiatur ſeruus communis heredis & legatarij pro his partibus quas dixi, & quia totum legatum fundi relictum ab herede dicto ſeruo pertinet ad ſolum legatarium, & non ad heredem qui legauit vt dictum eſt, remanet pro conſtanti quòd ex fundo non detrahitur Falcid. niſi ſemel, id eſt pro ipſo fundo, & non pro fundo & pro ſeruo legato, vnde malè dixerunt dicti tres iuriſcon. Vnde Paulus iuriſcunſultus vtitur ſententia Caſſij reprehendentis di-
E ctos tres: & non vtitur ſententia eorum trium. & dicit idem Paulus quòd diuus Pius imperator reſcripſit idem in fideicommiſſo relicto ſeruo communi per vnum de dominis quod ſcripſit dictus Caſſius in legato, ſcilicet quòd totum pertineat ad alium ſocium qui non reliquit ſeruo communi fideicommiſſ. & habeat talem literam inprinc. huius legis qualem ego habeo: Plautius: ſetuo quem tibi legaueram, fundum legauit: Atilicinus, &c. ſed quidam habent talem literam: Plautius ſcilicet ait hoc quod ſequitur: Seruo quem tibi legauerat, ſcilicet aliquis teſtator, fundum legauit. Atilicinus, &c. ſed mea litera eſt melior, & ſecundum eam poſui vobis caſum. Viuianus.

Verba Plautij. in archetypo notis duples notata teſte Ant. Auguſt. quare quod à librario Florentino perperam omiſſum eſt, præſtare maluimus.

f *Plautius*. ſcilicet ego. & habeat infra legaueram, & legaui. vel habeat, legauerat & legauit: & ſic in tertia perſona. & ſecundum primam teſtator format quæſtionem. & facit ſupra de leg.j.l.ſeruo legato. Accurſius.

a *Caſſius.* reprehendens prædictos.
b *Et legatarij.* ſic ergo ipſo iure Falcidiã reſecat: vt &.s.eo.l. linea. &.j.eo.l. in quantitate.§.in diem.in fin.§.
c *In eam.* quare ei totum legatum quæritur: ſed in legato ei relicto locum haberet Falcidia: ergo & hîc: vt ſubiicit. Azo.
d *Qua ratione.* quia totum legatum quæritur ſocio: ergo in eo toto locum habet Falcidia.
e *Ex fundo.* ſ. dotali.
f *Caſſij.* reprobata ſententia Neruæ, & Sabini, & Atilicini.
g *Diuus Pius.* non ſolũ Caſſius. ad quod eſt ſupra pro ſocio.l. verùm. §.ſi ſeruo. Sed contra.j. de acquiren. rerum do. l.per ſeruum.§.j. Sol.qđ ibi dicit fieri ſociorum quod donat vnus domi norum ſeruo cõmuni, verum eſt cæterorũ: nõ autẽ donanti aliquid remanet.& ſic concordat. Item contra.j. de ſtipu. ſer.l.proinde.§. ſi ſeruus communis.ſed aliud ibi in ſtipulatione quando ſtipulatur ſeruus communis ab vno dominorum, vt pro parte remaneat penes promittentem: quia ſtipulatio non ſit ibi ex cauſa lucratiua: hîc autem in legato vel in donatione eſt lucratiua. Accurſius.

gatis. Caſſius: [a] Quòd ſeruo pars lege Falcidia decedat, incipere ſeruum fieri cõmunem heredis & legatarij. [b] cõmuni autem ſeruo cùm legatum ſit, totum pertinere ad ſociũ: quia in eam [c] perſonam legatum conſiſtere poſſit. qua ratione [d] ſemel ex fundo [e] partem legis Falcidiæ deceſſurã. Paulus: Caſſij [f] ſententia vtimur. nam & diuus Pius [g] reſcripſit, ſeruo cõmuni fideicõmiſſum datũ, totum ad ſocium pertinere.

Vbi legatur fundus, & via ad ipſum: legatum viæ extinguitur, ſi tantùm eſt in Falcidia aut plus quantum via. Alexan.

Interdum euenit, vt propter rationẽ legis Falcidiæ ſequẽs legatum extinguatur: veluti ſi fundus & ad eum via legata ſit per alium fundũ. Nam ſi pars fundi [h] remãſerit [i] in hereditate, [k] nõ poteſt [l] procedere viæ legatum: quia per partẽ ſeruitus adquiri nõ poteſt.

Legata inutilia minuũt vel excludunt Falcidiam: ſiue ſint inutilia à principio, ſiue ex poſtfacto h.d.cum.l. ſeq. Alexan.

I. CELSVS *libro quartodecimo Digeſtorum.*

NOn eſt dubium, quin ea legata à quibus heres ſummouere exceptione petitorem [m] poteſt, in quartam ei imputentur,

*Interdum.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & legaui Seio fundum Titianũ: & ad eum fundũ Titianũ legaui viã per alium meũ fundum, puta Seianũ.& multa alia legata reliqui quibuſdã, ita ꝙ exceſſi dodrantẽ:& deceſſi.nũc heres meus vult detrahere legatariis Falci. vnde quæritur, qualiter poſſit detrahere de fundo Titiano, & de via ei legata? Et dicitur quòd propter rationẽ legis Falci.de fundo detrahendæ ſequens legatum.ſ. viæ extinguitur.nam cùm pars fundi deberet remanere in hereditate nomine Falci. ſi non eſſet ad eum legata via, ex eo.ſ.quòd poſui locũ habere Falci.in hereditate mea: non poteſt procedere viæ legatũ: quia per partẽ dimidiam ſeruitus viæ adquiri non poſſet legatario cui remanẽt tres partes fundi pro indiuiſo. Si ex fundo detraheretur Falci. quo modo ergo nõ poteſt procedere legatũ viæ hoc caſu? Reſpondeo quòd legatarius debet capere integrum fundum, & viæ legatum debet perire, ſcilicet quando plus capit Falc. detrahenda de fundo & de via, quàm ſit viæ æſtimatio: vel etiam tantum, & non plus. ſi autem minus capit Falcidia, quàm ſit æſtimatio viæ, tunc debet legatarius capere per totum fundum & totã viam: ei tamẽ legatario totam viam ad fundum petenti tandiu per heredem doli exceptio opponetur, quamdiu ſoluat heredi legatarius tantum quantum erat nomine Falcidiæ detrahendum de fundo & via: vt hoc habes.s.eo.ſi fundũ mihi. ſi autẽ de fundo nil nomine Falcidiæ erat detrahendum, valet legatum fundi & viæ, & non opponitur aliqua exceptio legatario viam peteti: quia tũc non dicitur adquiri ſeruitus viæ pro parte, vt hîc colligitur, & dicta.l.ſi fundus mihi. Viuianus.
h *Fundi.* legati. Accurſius.
i *Remanſerit.* propter Falcidiam.
k *Hereditate.* nomine Falcidiæ, ita vt æquiualeat æſtimationi viæ, vel plus valeat. ſecus ſi minus valet. qđ dic vt.s.e.l.ſi fundus mihi.
l *Non poteſt.* facit.j.de verb.oblig.l.ſi ſub vna.§.j.

N*On eſt dubium.*] CASVS. Titius libertus Seij inſtituit dictum Seium patronũ ſuum heredem, cùm haberet hic libertus in bonis ducentos aureos: & legauit filio ſuo liberti centum viginti aureos, & cuidam extraneo non capaci reliqua octoginta: & ſic nihil remanebat penes patronum heredem: ſicq; habebat locum lex Falcidia ſi heres ſolueret legatum extraneo non capaci. cùm ergo non ſoluat non capaci, proficit hoc filio ad conſequenda ſolida quę ei legata ſunt. nam non eſt dubium quin ea legata à quibus ſummouere heres exceptiõe legatarium poteſt quacumq; ex cauſa, ita quòd ea ei non præſtat, in quartam heredi imputantur, ne cæterorum legata minuãtur. nec intereſt vtrum ab initio quaſi inutile fiat legatum: an ex accidenti poſtea inutile fiat. & hoc dicit cum duab[9] ll.ſeq. Viuianus.
m *Petitorem.* quia non ſit capax. ad quod.s.eo. l.in ratione. in princi.& l. in ratione.ij.§. pen. & fin.&.l.ſi à ſeruo. &.j.e. l.id autem quod.&.l.ex aſſe.
n N*Ec intereſt.* quandoquidem tamẽ intereſt: vt inſtit. de leg.§. ex cõtrario. &.j.de verbo. obliga.l. pluribus.§. fina. Accurſius.
o E*X aſſe. Filio.* ſui teſtatoris. cæterùm filio heredis fruſtra lega tur, vt & ſeruo: vt inſtit. de leg.§. an ſeruo. & qđ ſequitur, ſic ordina: quia filio.cxx.& extraneo reliquit.ſ.reliqua, ita quòd locus eſt Falcidiæ. Vel dic.c. filio, & extraneo xx.& ſubaudi, & alia aliis. Si autem diceret.c. filio, &.xx. extraneo legata, & nihil plus: non poſſet heres vti Falcidia, cũ habeat plus quarta. Item quod ſubiicit, deminutio legati extraneo relicti, dic per legẽ Falcidiã.prodeſt enim filio: quia ſi nõ poſſet defalcari legatũ extranei, detraheretur de legato filij quod eſſet defalcandum de vtroque, ſecundũ H. arg.s.eo.l.planè. Vel dic quòd deminutio fit extraneo: quia eſt filius naturalis: vnde non poteſt capere niſi partem: vt.C. de natu.libe.l.ij. cùm enim iure hereditario remaneat penes heredem, computantur ei in quartã: & eo minus detrahit aliis: vt.j. in l.proxi. Et quod ſubiicit, ad conſequenda legata ſolida, ſcilicet magis quàm conſequeretur ſi de legato extranei nil deminueretur: non tamen fortè in ſolidum conſequetur filius.

† Sunt qui ita diſpungãt, Filio cẽtum, viginti extraneo, reliqua ademptio legati, & c. in meis manuſcri. legitur cõſtãter, extraneo reliquit deminutio, &c. * præſtatur legatum.

nec cæterorum legata minuant.

LI. IVLIANVS *libro ſexageſimoprimo Digeſtorum.*

NEc intereſt [n] vtrũ ab initio quaſi inutile fuerit, an ex accidenti poſtea in eũ caſum perueniſſet legatum, vt actio eius denegaretur.

Legatum inutile propter incapacitatem legatarij prodeſt aliis legatariis. hoc dicit ſecundũ vltimum intellectum gloſſ. Barto.

LII. MARCELLVS *libro nono Digeſtorum.*

EX aſſe patronum heredem inſtituit libertus, cùm ducentos aureos in bonis haberet: & legauit filio [o] centum † viginti, extraneo [p] reliqua. Deminutio legati quòd extraneo præſta legatum, * proficit filio ad conſequẽda ſolida quę ei legata ſunt. Quacumq; ex cauſa legata nõ pręſtãtur, imputantur heredi in quartã partẽ: quæ propter legem Falcidiã remanere apud eum debet.

LIII. CELSVS *libro ſeptimodecimo Digeſtorum.*

SI propter ea quæ ſub conditione legata ſunt, pẽdet legis Falcidiæ ratio: præſenti die data non tota vindicabuntur. [q]

A defuncto heredibus debitũ, vt æs alienum detrahitur. Bar.

LIIII. MARCELLVS *libro quintodecimo Digeſtorum.*

p *Extraneo.* ſecundùm vltimam caſus poſitionem dic extraneo, id eſt filio naturali. duos enim habebat filios: vnum legitimũ, alium naturalem, qui vocatur extraneus. Accurſius.

S*I propter.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium: & multa legata purè & ſub conditione reliqui: inter quæ reliqui Seio.c. purè, & fundum ſub condi. propter conditionalia autẽ prædicta legata non poſſumus adhuc eſſe certi vtrum habeat locũ Falcidia, vel non. Seius petit ab herede meo legatum ſibi relictum: & offert ei cautionem de reſtituẽdo ei quicquid poſtea apparuerit eum accepiſſe vltra quàm patiatur lex Falcidia. nunquid heres tenetur ei dare integrũ purum legatum? Et dicitur quòd non, imò poteſt in hoc dubio detrahere Falcidiam de eo.& ſi poſtea deficiant conditiones legatorum conditionalium, ſicq; appareat non habere locum legem Falcidiam, reſtituet heres Seio quartam quam ei detraxit. Viuianus.
q *Vindicabuntur.* cautione non præſtita [a], ſed ea præſtita ſic: vt.s.e. l.j.§.interdũ.&.§ ſi in annos.&.l.is cui.&.l.in lege Falcidia. &.j.e.l. hereditatum.&.l.in quantitate.§.ſed & ſi legata.&.j.tit.j.l.j.§. ſi legata. quæ ſunt contra. ſed H. dicit referre, an purum vel conditionale ſit ei relictum: & ſic hîc loquitur, vt ſit in electione heredis an purum vni, & conditionale alij: & ſic contraria, vt purum petatur præſtita cautione: vt in contrariis.

a] Notanter hoc dicit: quia heres quãdo agit cum legatariis, debet cauere vt ap ponatur de cautione: & ea quæ notatur hic.l.i. C. quorum leg. &.l.i.s. eo.tit. quorum lega.

Pater.

PAter filium ex quo tres habebat nepotes, heredem inſtituit, fideiq; eius commiſit, ne fundum alienaret, & vt in familia eum relinqueret. filius decedens tres filios ſcripſit heredes. Quærēdum eſt, an omnino quaſi creditores [a] vnuſquiſque in ratione legis Falcidiæ aliquid [b] poſſit deducere, quia in poteſtate [c] ſua [d] habuit pater, cui ex his potius relinqueret. Sed hac ratione [e] nemo in Falcidiæ ratione quicquā deducet. [f] quod videndum ne durè conſtituatur. vtique enim in alieno ære habuit fundum. neceſſitate quippe obſtrictus fuiſſet filiis [g] eum relinquendi. [h]

Legatum annuum pendente dubio æſtimatur inquantum vēdi poteſt: ſed eo finito inquantū debetur. Bartolus.

LV. IDEM *libro vicenſimo Digeſtorum.*

CVm Titio [i] in annos ſingulos dena legata ſunt, & iudex legis Falcidiæ rationem inter heredem & alios legatarios B habeat: viuo quidem Titio tāti litem æſtimare debeat, quanti venire id legatum poteſt: in incerto poſito, quamdiu victurus ſit [k] Titius. mortuo autem Titio, non aliud ſpectari debet, quàm quid heres ex ea cauſa debuerit. [l]

Augmētum facultatum hereditarij debitoris quandocūq; cōtingens prodeſt legatariis in Falcidia detrahenda. Bartolus.

*PAter filium.*] CASVS. Titius habens filium Seium, & habens ex eo tres nepotes, inſtituit ſibi heredem dictum ſuum filium, & commiſit fidei eius ne fundum ſuum teſtatoris alienaret: & etiā vt in familia eum relinqueret: & deceſſit hic Titius. Poſtea filius deceſſit, & inſtituit ſibi heredes dictos ſuos tres filios: & multa legata ab eis reliquit, ita quòd habebat locū lex Falcidia: & deceſſit. nūc legatarij petūt legata ab iſtis tribus heredibus: & ipſi in ratione legis Falcidiæ volunt deducere tanquam æs alienum æſtimationem fundi debiti eis à patre ex teſtamento aui. Vnde quæritur, an omnino quaſi creditores patris eorum propter dictum fūdum qui debebat in familia remanere, vnuſquiſque eorum trium poſſit deducere aliquid in ratione legis Falcidiæ? Et videtur quòd nō: quia in poteſtate ſua habuit pater eorum cui potius ex eis relinqueret dictum fundum. Sed certè ſi ſequamur hāc rationem, nemo dictorum trium deducet quicquā in ratione Falcidiæ: quod certè durum eſſet: vnde dico quòd bene poſſunt deducere dictum fundum ſiue eius æſtimationem tanquam æs alienum, vt tantò maiorē legatarius detrahat Falcidiā. & eſt ratio, quia pater eorum habuit dictum fundū in ære alieno. nam neceſſitate adſtrictus fuiſſet relinquendi eum filiis. Viuianus.

a *Creditores.* nam videntur creditores patris in eo fundo.

b *Aliquid.* aliud præter fundum.

c *Quia in poteſtate.* videtur quòd non: quia &c.

d *Sua.* cùm habeat fundum.

e *Hac ratione.* ſcilicet mala.

f *Deducet.* cùm aliqua pater diſponat.

g *Filius.* vel ſaltem vni: vt.ſ. de leg.ij.l. vnū ex. in princ. &.§. ſi duos &.§. rogo. &.l. cùm quidam. & facit ſupra de leg.j.l. filiusfamiliâs.§. penul. Accurſius.

h *Relinquendi.* ergo hic fundus non computatur eis in quartam: ſed vt æs alienum eis debitum deducent: vt.C. eo.l. in imponenda. Accurſius.

*CVm Titio.*] CASVS. Seius inſtituit ſibi heredem Gaium, & Titio in annos ſingulos viginti legauit: & multa alia legata quibuſdam reliquit, ita quòd exceſſit dodrantem hereditatis ſuæ: & poſtea deceſſit dictus Seius. nunc legatarij coram iudice petunt eorum legata præter Titium prædictum. heres autem dicit ſe velle eis Falcidiam detrahere, vnde iudex cœpit inter eos habere rationem legis Falcidiæ. quæritur ergo hîc quantum debeat æſtimari lis quam poſſet facere heredi dictus Titius pro .xx. annuis ſibi legatis? Et diſtinguitur: aut viuit Titius, aut eſt mortuus. primo caſu tanti debet dicta lis æſtimari in dicta ratione legis Falcidiæ, quanti poteſt vendi id legatū: poſito pro incerto quādiu ſit victurus ſiue viuiturus Titius. Secundo autē caſu non debet aliud ſpectari quā quod debuit heres Titio ex ea cauſa tempore mortis ipſius Titij, quia fortè per triennium non ſoluerat ei annuum legatum. quantum ad futurum tempus poſt mortem Titij nihil inſpicitur: quia finitum eſt legatum morte Titij: vt.ſ. de an. le.l. iiij. Viuianus.

i *Cùm Titio.* aliàs incipit Titio: aliàs cùm Titio.

k *Victurus ſit.* nam eo mortuo finitur: vt.ſ. de an. lega.l. iiij. Sed contra.ſ. eo.l. in lege Falci.ij. Sol. quidam dicunt quòd hîc eſt electio legatarij habeat totum præſtita cautione, vt ibi: an fieri æſtimationem, vt hîc: quaſi ſit fauor legatarij ſatiſdari: quod eſt falſum: imò heredis: vt.j. tit.j.l.j. Alij quòd hîc non poterat ſatiſdare: ibi ſic. Alij quòd hic de conditionali: ibi de annuo. Vel ibi cum eodē: hîc cum cæteris legatariis computat. Vel hîc fuit ſententia Proculi quæ ibi reprobatur. Item eſt contra.ſ. eo.l. iij.§. fi. Solu. ibi ſpeciale in re publica. Item contra.j. eo.l. hereditatum. vbi fit per annos. Sol. ibi vt ſciatur per quot annos fiet æſtimatio: & ex eo ſcietur quantum valet, vt hîc. Vel ibi in legato vſufruct. & alimentorum: hîc in alio annuo. Vel ad omnia dicas, ſecūdum Hug. quòd in his tribus caſibus alimentorum vſusfructus, & in alio annuo fit computatio tribus modis. ſ. vel vt hîc dicit, vel vt.ſ. eo.l. ſi heres.§. fi. A vel vt.j. eo.l. hereditatum. vel etiam quarto. ſ. computatio poteſt fieri vt ſoluat totum cautione exacta: vt.ſ. eo.l.j.§. ſi in annos. &.l. in lege Falcidia. in fi. &.j. eo.l. in quantitate.§. ſed & ſi legata. & facit.ſ. de do. cau. mor.l. mortis cauſa.§. fi. &.ſ. eo.l. lex. Falcidia.

l *Debuerit.* in præteritum ante mortem: quia per triennium fortè non ſoluerat heres. ad quod.ſ. de vſufr.l. quæſitum. Accurſius.

*CVm quo.*] CASVS. Titi⁹ mutuauit ſeruo Seij in cauſam peculiarem .c. & ſic idem Titius agere poterat de peculio contra Seium ſerui dominum, & petere dicta .c. antè autē quàm ageret contra eum fecit teſtamentum idem Titius, & inſtituit ſibi heredem dictū Seium de peculio debitorem: & multa legata quibuſdā reliquit, ita quòd exceſſit dodrantem hereditatis Seij in legando: & poſtea deceſſit dictus Titius teſtator. nunc legatarij petunt à dicto Seio herede debitoréq; legata eorū: & ipſe vult & etiā poteſt eis detrahere Falcidiam: in qua C quidem Falcidia debet ſine dubio imputari heredi debitoríq; de peculio peculiū dicti ſerui, ſi peculium eſt tantū quantum vel minus quā ſit debitū peculiare, ad quod tenebatur teſtatori idē heres vt.j. eo.l. ſi creditor. Vnde ſi quæratur hîc cuius tēporis peculium dicti ſerui computari debeat dicto heredi debitoríq; in lege Falcidia .i. in quadrantem quē vult detrahere de legatis. & certè pleriq; putant inſpiciendum illud quod tunc in peculio dicti ſerui fuit cū adiretur hereditas creditoris peculiaris per debitorē peculiarem, ſeruíque dominū. Marcellus autem auctor huius legis dubitat vtrum debet inſpici tempus aditæ hereditatis: & hoc duabus rationibus. Vna ratio dubitandi eſt, quoniam in ratione legis Falcidiæ ineunda placuit ſapientibus obſeruari mortis teſtatoris tempus: vt &.ſ. eo.l. in ratione.ij. in princ. Secunda ratio dubitandi eſt: quia videndum eſt, quòd ſi debitor hereditarius alius ſit factus pauperior poſt mortem teſtatoris antè aditam hereditatem, eius heredis eſt damnum, non legatariorum: vt & dicta.l. in ratione.ij. ergo idē D deberet eſſe in noſtro caſu, vt videtur: ſcilicet vt ſi peculium dicti ſerui ſit deminutum poſt mortem dicti creditoris eiuſdémque teſtatoris, & antè aditam eius hereditatem, debeat eſſe damnum heredis, & non legatariorum. vnde ſecūdùm hoc etiam in noſtro caſu deberet inſpici quantum ſit in peculio ſerui tempore mortis creditoris, eiuſdémque teſtatoris, & non tempus aditæ hereditatis. In iſta ergo ſecunda ratione dubitandi poſiti ſunt duo caſus. Vnus quando peculium ſerui deminutum eſt poſt mortem teſtatoris, & non antè aditam eius hereditatem. Secundus quādo quidam debitor hereditarius factus eſt non ſoluendo poſt mortem teſtatoris, & antè aditam eius hereditatē. in quibus quidem duobus caſibus videbatur quibuſdam eſſe ad damnum heredis, & non legatariorum: ſicque mortis teſtatoris tempus inſpiciendum, & non tempus aditæ hereditatis. Sed econtra diceret aliquis, Quid ſi antè aditam hereditatem auctum eſt peculium ſerui dicti debitoris heredíſque, & poſt mortem creditoris? nunquid incremen- E tum peculij ipſius ſerui faciet pleniorem hereditatem dicti creditoris, vt ſic proſit legatariis quibus ipſe creditor legauit, vt dictum eſt? Item diceret aliquis: quid ſi facultates alicuius debitoris hereditarij qui non erat ſoluendo tempore mortis teſtatoris, fuerunt ampliatæ ante aditam hereditatem eiuſdem teſtatoris, vt ſic proſit legatariis? Et reſpondeo ſic quantum ad debitorem, cuius facultates ſunt auctæ. Cùm ergo in iſto debitore hereditario cuius facultates ampliatæ ſunt antè aditam hereditatem creditoris, placuit ſapientibus ex poſtfacto videri vberiorem fuiſſe hereditatem: ſicut etiam euenit cùm conditio ſub qua promiſerat aliquis defuncto, extitit poſt mortem, & antè aditam eius hereditatem: ita etiam incrementum peculij ſerui dicti debitoris heredíſque factum poſt creditoris mortem vſque ad tempus aditæ eius hereditatis, facere debet pleniorem hereditatem creditoris ad proficuum legatariorum. bene ergo dixerunt illi plerique qui putauerunt inſpiciendum illud quod tunc in peculio dicti ſerui fuit cùm

adiretur hereditas creditoris peculiaris per debitorem peculiarem, ſeruíque dominum. quandoque etiam quod dictum eſt, in dubium venit. Vnde dico extra caſum tibi loquendo, quòd quandoque non inſpicitur tempus aditæ hereditatis, ſed tempus quo plus fuit in peculio, ſiue ſit illud tempus mortis, ſiue tempus aditæ hereditatis, ſiue tempus poſt aditam hereditatẽ. & illud computabitur heredi in Falcidiam, vt dixi.ſ. & hæc colligo in hac.l.ibi, quid enim intereſt &c.& infra eod.l. ſi debitor. & eſt ratio, quia dominus ſerui idémque heres creditoris ſerui mei ſibi potuit & debuit ſoluere. Expedito hoc caſu Scæuola adducit alium caſum talem: Pone quòd prædictus ſeruus heredis ſcripti à creditore peculiari debuit.x. de fundo creditori: & cuidã alij debuit alia.x. & vna.x.habuit dictus ſeruus in peculio tempore aditę hereditatis creditoris per dominum ſuum ab eo inſtitutum: nũquid hereditas dicti creditoris quã habet dominus huius ſerui, augetur in his x. quæ habebat ſeruus prædictus in peculio, vt ſic propterea tota & integra.x.maiora debeantur legata legatariis quibus legauit dictus creditor qui inſtituit ſibi heredem dominũ ſerui, vt ſic de his.x. *aliis creditor ſerui nihil conſequatur? Et reſpõ.quòd ſic.nam dicta.x.quę defuncto creditori naturaliter debebantur per ſeruum heredis, in hereditate eiuſdem creditoris manent.& poteſt eſſe ratio, quia hic dominus ſerui inſtitutus heres à creditore eiuſdem ſerui habet poteſtatem prædeducendi de peculio eiuſdem ſerui illa.x.quæ ſeruus debebat creditori: & poſtea per conſequẽs eidem heredi creditoris debebat ea.x. ſeruus. cum ergo nihil habeat in peculio ſeruus niſi.x. & heredi creditoris domino ſuo debeat.x. quæ debebat creditori: & dominus ſuus iſta.x. poſſit prædeducere de peculio: ergo alius creditor cui debebantur.x. nihil conſequitur de illis.x.quæ erant in peculio, imò integra & tota dicta decem augebunt dictam hereditatem creditoris quam habet dominus eiuſdem ſerui, vt ſic propter hoc maiora præſtentur legata legatariis quibus idem creditori legauit. & hoc vult dicere hæc lex: licèt non nimis planè. Viuianus.

*quid ſi

LVI. IDEM *libro vicenſimoſecundo Digeſtorum.*

CVm quo de peculio agi poterat, [a] heres creditori exſtitit. Quæris cuius temporis peculium cõputari oporteat in Falcidia lege. Plerique putant, quod tunc in peulio fuerit, cũ adiretur hereditas, inſpiciẽdum. Ego dubito: [b] quoniã mortis tempus in ratione legis Falcidiæ ineunda placuit obſeruari. Quid enim intereſt, peculiũ ſerui poſt mortem creditoris deminutum ſit, an debitor [c] pauperior factus ſit? [d] Aliquis dicet, quid ex contrario, ſi antè aditam hereditatem adquiſierit ſeruus: & ego quęram, * ſi debitoris qui tunc nõ erat ſoluendo, ampliatæ facultates fuerunt? Et cum in iſto [e] placuerit ex poſt facto vberiorem videri fuiſſe hereditatem, ſicuti cùm cõditio [f] crediti extitit [g] poſt mortem, ita etiam peculij incrementum [h] pleniorem faciet hereditatem. *Scæuola* notat: [i] Quid ergo ſi idem ſeruus [k] defuncto & alij dena [l] debuit, & vna decem habuit? Augetur ſcilicet & his hereditas decem, [m] quæ defuncto naturaliter debebantur, in hereditate manentibus.

a *Poterat.* vt dominus ſerui.

b *Dubito.* hac ratione, quoniam &c.& hac alia, quid enim. Acc.

c *Debitor.* ſcilicet aliquis hereditarius. Accurſius.

d *Sit.* quo caſu damnũ heredis eſt: vt.ſ.eo.l.in ratione.in prin.

e *In iſto.* debitore facto diuite.

f *Conditio.* ſub qua promiſerat quis aliquid defuncto. Accur.

g *Extitit.* de hoc conſtat: vt.j.eo.l. in quantitate.in.§. magna. Sed ad præcedens eſt contra.ſ.eo.l.in ratione.in prin.vbi tempus mortis inſpicitur. Solu.dicunt quidam quòd ratiocinando hæc dicuntur, non ſoluendo.ſed dic ſecundùm Hugo. & Azo. quòd in hereditariis [a] rebus æſtimandis tempus mortis inſpicitur, vt ibi. in debitore hereditario libero qui non eſt ſoluendo, euentus poſterior quandocũque cõſideratur: vt hîc, &.ſ.eo.l. Neſennius.§. ſi debitori. ſecus ſi eſt ſoluendo: vt in contrario in herede debitore, aut ex ſua perſona: & tota debiti quantitas computatur: vt.j.eo.l. quærebatur. &.ſ.eod.l.j.§. ſi debitor. aut ex perſona ſerui vel filij: & tunc non euentus poſterior, ſed quanti pluris fuit in peculio vel tẽpore mortis vel aditæ hereditatis vel poſtea, computatur in Falcidia: vt hîc, & infra eo.l.ſi creditor. quia dominus idémque heres ſibi potuit & debuit ſoluere. ſed in debitore non ita: quia non ſtatim cùm habet, poteſt heres pecuniam extorquere. Accur.

a] Sic in cõtractibus tẽpus contractus inſpicitur. Bal.in.l. 2.colum.pe. C.de reſcid. vendi.idẽ in l.ſi ſeruũ.ſ. ad le. Aquil.

h *Incrementum.* quod eſt vſque ad aditam hereditatem, non poſt: vt.j.eo.l. ſi creditor. &.ſ.in prin. huius.l. ſed in debitore etiã vltra, vt hîc. Vel dic etiam in peculio idem: vt hîc apertè dicit. Sed ſecundùm vtramque expoſitionem eſt contra ſupra de pecu.l. eod. tempore. §. ſi creditor. vbi tẽpus mortis inſpicitur.ſed dic vt infra.e.l. ſi creditor. Accurſius.

i *Notat.* id eſt approbat quod ſequitur.

k *Seruus.* heredis ſcripti.

l *Dena.* id eſt.xx.vni, & totidem alij. ſic.ſ. de lega.j.l. ſi quis teſtamẽto. Vel melius, id eſt.x. vni &.x.alij: vt ſtatim patet ibi. x. quæ &c. ſic infra de ſolu.l. vbi.

m *Decem.* ſi tota decem augent, ſic ergo nil alij creditori ſoluetur: quod eſt ideò, quia hic dominus habet poteſtatẽ prę deducendi: vt.ſ. de pec. l. ſed ſi damnum. §.j. & facit.ſ.eo.l.ſerui.Accur.

Si ſeruus poſt tempus manumittendus legatur, vel etiam eidem directo libertas relinquitur, & interim proprietas aut eius vſusfructus legatur alteri: tantum dicitur eſſe in legato, quantũ ex operis interim habetur: & ex eis Falcidia detrahitur. Alex.

Is qui in bonis vnum duntaxat ſeruum habebat, legauit eũ Titio, & fidei eius commiſit, vt poſt triennium manumitteret. Debet ex eo quod interim ex operis ſerui ad Titium peruenire poteſt, quarta [n] apud heredem remanere: queẽadmodum ſi directò poſt triennium ſeruo libertatem dediſſet, eiuſq; [o] vſumfructum ei [p] legaſſet, aut †ei proprietatẽ [q] per fideicommiſſum reliquiſſet.

*Is qui in bonis.*] CASVS. Seius habens vnum dũtaxat ſeruum, legauit eũ Titio: & commiſit fidei eius Titij vt poſt triennium eum ſeruum manumitteret. & multa alia legata aliis reliquit ita ꝙ exceſſit dodrantẽ. certè de ſeruo non poteſt heres detrahere Fal. ſed ex eo quod interim antè triẽnium ex operis ſerui ad Titium peruenire poteſt, quarta apud heredem debet remanere: ſicut eueniret ſi directo poſt trienniũ dediſſet Seius libertatẽ dicto ſeruo, & legaſſet eidem Titio vſumfruc. eiuſdem ſerui. nã ex eo quod interim antè triennium ad Titiũ peruenire poteſt de vſufru. quarta apud heredem debet remanere: & ſicut eueniret ſi ſimiliter directò poſt trienniũ dediſſet Seius libertatem dicto ſeruo, & ei Titio proprietatem plenam ante trienniũ per fideicõmiſſum reliquiſſet. nam & hîc ex eo quod interim antè triennium ad Titium peruenire poteſt, quarta apud heredem debet remanere. Viuianus.

†Eius, emẽdandum ait Goueanus ex vete. in omnibus tamen meis manuſcri. conſtanter ſcriptum reperi, ei.

n *Quarta.* facit.ſ.eo.l.ſed ſi non ſeruus.§.vlti.

o *Eiuſque.* ſerui.

p *Ei.* ſcilicet Titio.

q *Proprietatem.* plenam ante triennium.

Si legatum domini non ſit defalcabile, de legato ſerui detrahitur Falcid. pro vtroque: & idem econtra. Alexand.

Stichum tibi, ſeruo tuo decem legauit: vel contra, tibi decem, ſeruo tuo Stichum, libertatémque Stichi fidei eius [r] commiſit. Lex Falcidia minuit legata. Redimere ab herede partem [ſ] debes, quemadmodum ſi tibi vtrũque legaſſet.

*Stichum tibi,*] CASVS. Seius teſtator legauit tibi Stichũ, & ſeruo tuo Pãphilo legauit.x. vel ecõtrario tibi.x. legauit dictus teſtator: & ſeruo tuo legauit Stichũ: & commiſit fidei eius ſerui tui Pamphili libertatẽ dicti Stichi, & tot alia legata reliquit quibuſdã aliis, quòd exceſſit dodrantem bonorũ ſuorum: & ſic habet locũ lex Falcidia, & deceſſit dictus teſtator. & poſtea tu agnouiſti legatũ tibi relictũ, & relictũ ſeruo tuo. modò quæritur, qualiter debet detrahi Falcidia de dicto Sticho & de.x. Et dicitur ꝙ dominus Pãphili legatarius debet redimere ab herede Seij partem Stichi prædicti: ſcilicet quartã quæ de eodẽ Sticho eſſet reſecãda ſi libertas eius non eſſet data. & hoc propter dictũ legatũ de.x. tibi vel ſeruo tuo relictũ. & ita ſi bene inſpicias, pro ſeruo & pro.x. detrahetur Falc. de dictis.x. & ſeruo Sticho libertatẽ dabis, ſicut & ſi tibi legaſſet dictus teſtator dictum Stichũ, & dicta.x. & nihil ſeruo tuo Pãphilo legaſſet: quo caſu ſine dubio redimere deberes ab herede quartam partem Stichi: vt.ſ.eo.l.ſi ſeruus.cum legibus ſequentibus. Viuianus..

r *Eius.* ſcilicet ſerui tui, vel etiam tuæ fidei.

ſ *Partem.* quartam quæ de ſua eſſet reſecanda ſi libertas non eſſet ei data. Azo. & hoc propter legatum.x. aliàs Falcidia non detrahetur: vt ſupra eo.l.ſi ſeruus. Accurſius.

*Sæpius euenit.*] CASVS. Seius habens centum aureos in bonis dedit Titio inter viuos.xxv. aureos de eiſdẽ. c. aureis: & eundem

Titium

Titium inſtituit poſtea heredem,& dodrantem dictorum.c.aureorum legauit quibuſdam,id eſt lxxv.aureos,& deceſſit.nunc quæritur, an Titius heres poſſit detrahere Falcidiam de dictis legatis ? Et dicitur quòd non:quia teſtator in vita ſua prouidit heredi in quarta bonorum dando ei dictos.xxv.aureos. nam multoties euenit nedū in iſto caſu, ne emolumētum eius legis Falcidiæ heres cōſequatur. & de hoc pono tibi ſtatim vnū alium caſum: Titius qui receperat à Seia centum in dotem, in teſtamento ſuo legauit Gaio dictam dotem vt Gaius reſtitueret eam vxori. certè non debet heres detrahere Gaio Falcidiam de dicta dote.vel ſi detrahat, tenetur eam Falcidiam reſtituere mulieri actione de dote. & ſanè & in hoc caſu & in pleriſque ita obſeruatur vt omiſſa perſona interpoſiti, ſicut fuit in hoc caſu vbi interponitur Gaius, ſpectetur perſona capiētis, id eſt vxoris quæ debet habere dotem. & hoc dicit cum l.ſequen. Viuianus.

a *Conſequatur.* vel propter qualitatem legati: vt.ſ.proxi.§.vel propter traditā à defūcto quartam:vt hîc Azo.Item in aliis:vt not.C.eo.l.in teſtamento.Accur.

b *Vigintiquinque.* ergo quartam.

c *Dediſſet.* inter viuos: vt in fine ſubiicit.& hac mente,ne vtatur Falcid. & ita repellitur exceptione vel replicatione. ſic ergo quod capit nō hereditario iure, imputatur in Falcidia:vt & j.e. l.quod autem.in fi.ſi autem in vltima voluntate inſtituendo,non eſſet dubium: quia nō habet locum Falcidia.Viuianus.

**Quarta in herede teſtatore viuo collata,facit ceſſare Falc.Bar.**

Sæpius euenit,ne emolumentū eius legis heres cōſequatur.[a] Nā ſi centum aureorum dominus, vigintiquinque[b] alicui dediſſet, [c] & eum inſtituerit heredem,& dodrantem legauerit: nihil aliud [d] ſub occaſione legis Falcidiæ interuenire poteſt:quia viuus videtur heredi futuro prouidere.

B

**Non debet inſpici perſona primi legatarij, ſed fideicommiſſarij in quem vltimate debet legatum reſidere. Bar.& Alexan.**

LVII. IDEM *libro vicenſimoſexto Digeſtorum.*

CVm dotem maritus alicui legauerit, vt vxori reſtituatur: non habere legem Falcidiam locum dicendum eſt. [e] Et ſanè in pleriſque ita obſeruatur, vt omiſſa interpoſiti,[f] capientis perſona ſpectetur.

**Potentiæ detrahēdi Falcidiam non prǣſcribitur longo tempore. Alexand.**

LVIII. MODESTINVS *libro nono Regularum.*

LEgis Falcidiæ beneficium heres etiam poſt longum tempus[g] mortis teſtatoris implorare non prohibetur.

**Heres qui agit vt legatum intercidat, priuatur Falcidia. idem in eo qui in ſe tacitam fidem aſſumpſit de reſtituendo non capaci.**

LIX. IDEM *libro nono Pandectarum.*

BEneficio legis Falcidiæ indignus eſſe videtur, qui id egerit, [h] vt fideicommiſſum intercidat.Præterea qui non capienti rogatus eſt reſtituere hereditatem, ſenatuſconſulto Planciano non conceditur quartam retinere : [i] ſed ea quarta quā non retinuit,ad fiſcū pertinet ex reſcripto diui Pij.

d *Nihil aliud.* quia retinebit dicta xxv.& facit.C.de lega,l. filia. & infra ſi à paren.quis ma.fu.l.j.§.ſi parens.Sed argu.contra.C.de inoffic.teſta,l,ſiquando.§.j.Solue vt ibi,ſecundum Bar.Azo.

e CVm dotem.*Dicendum eſt.*imò vtſupra de do.præleg.l.ij.§.idem quærit.Solu.non habet locum vt hic inſpecto exitu: quia ꝙ detrahitur per Falcidiam,petitur per actionem de dote, vt ibi dixi. ſed incommodum repræſentationis habet locum cum effectu : vt in contrario in fi.§.& ſupra eo.l.j.§.ſi quis creditori & facit infra e. l.ſi vſusfructus.§.j.

f *Interpoſiti.* ſcilicet perſona, &c. ad quod ſupra de lega.ij.l: ei qui. & de inoffic.teſt.l.Papinianus.§.eo autem.& ſ.tit.j.l.auia.§.Titio.& ſ.ſi quis ali.teſta.prohi.l.j.§.ſed ſi legatum.Accurſius.

LEgis Falcidiæ.] Caſus huius l.eſt clarus, & eam intellige vt ſupra eo.l.lex Falcidia ſi interueniat.& l.quod de bonis.§. non idcirco.& §.fructus.

g *Longum tempus.* facit.ſ,eo.l.lex Falcidia.& l.quod de bonis.§.non idcirco.& §.fructus.Accurſius.

BEneficio. CASVS. Si heres cancellauerit teſtamentum,& ita fecit quòd periit fideicommiſſum ab eo relictum : videtur indignus beneficio legis Falcidiæ . nam & totam hereditatem amittit: vt & ſ.de iis quæ in teſt.delen.l.j.j.§.ſi verò alius. Item & indignus videtur beneficio eiuſdem.l. quia accōmodauit fidē teſtatori de reſtituenda hereditate don capaci.imò eam quartā habet fiſcus. Viu.

h *Egerit.*cancellando teſtamentum.ad quod.ſ.de iis quib.vt indignis l.reſcriptum.& infra eodē.l.herrditatum.in fin. & ſupra de iis qua in teſta.delen,l.j.ſ.ſi verò alius.& ſupra ſi quis ali.teſta.pro.l.ij.

i *Retinere.* cum effectu,quia fiſcus habet:vt hîc,& infra de iur.fiſc.

A l.cùm tacitum.

CVm pater.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredes filiam ſuam impuberem,& Seium : & quædam prælegata filiæ dedit: & poſtea ab impubere prædicta multa legata reliquit quibuſdam.& poſtea dictum Seium ſubſtituit eidem impuberi. & deceſſit dictus Titius & poſtea deceſſit dicta impubes in pupillari ætate: & ita hereditas ad ſubſtitutum pertinet.& ipſe debet ſoluere dicta legata ab impubere relicta.nunquid dicta prælegata filiæ debet cōputare in ratione legis Falcidiæ ? Et dicitur quod non?imò debet hic ſubſtitutus ea ſibi habere præcipua, ſicut nec ipſa impubes computaret: vt.j.eo.l.quod autem.

[LEGATO PETITO.] Cùm multa à Titio herede legata relicta eſſēt, quòd habebat locū lex Falcidia. Seius vnus de legatariis per actionem in rem petiit legatum ſuum:& quia heres fuit contumax in ſoluendo ei legato, delatum fuit legatario ſacramentum in litem,& iurauit vltra quàm valeret legatum. nūquid heres ponet in ratione legis Falcidię totum quicquid debet dare dicto legatario vt ſic maiorem aliis legatariis detrahat Falcidiam ? Et diciturquòd non,ſed id tantum quantum in veritate valuit dictum legatum ſuper quo iuratum eſt. & ita debet heres ſibi imputare damnū quod ſua culpa paſſus eſt. ſic etiam imputat ſibi damnum quod patitur propter ſuā negligentiam. nam ſi alienus fundus eſt tibi legatus ab eo herede,& cū dominus fundi nollet eum vendere niſi infinito pretio ſiue nimis magno, heres emit vltra quàm valeret,& propter dictam emptionem effectum eſt vt habeat locum lex Falcidia,quæ aliàs non haberet locum: id ſuperfluum in lege Falcidia imputari non poteſt aliis legatariis. nā poterat liberari idem heres præſtando legatario veram æſtimationem dicti fundi.& hoc dicit cum lege ſequenti.Viuianus.

**Prǣlegata relicta impuberi non imputantur in Falcidiam ſubſtituto impuberis.Alexan.**

B

LX. IAVOLENVS *libro quartodecimo ex Caſſio.*

CVm pater impuberi filiæ heredem ſubſtituit:id quod ei[k] legatorum [l] nomine à patre obuenit, cùm hereditas ad ſubſtitutos pertinet, in computationem legis Falcidiæ non venit.

**Quod heres plus ſoluit legatariis, in pœnam contumacię non nocet.Bart.**

Legato petito, [m] cum in litem

C iuratum eſt, ratio legis Falcidiæ, non eius ſummæ in quam legatarius iurauit,haberi debet:ſed eius quanti re vera id fuit quod petitū eſt. Nam id quod pœnæ cauſa adcreuit,in legem Falcidiam nō incidit.

**Si heres propter ſuam ſtultitiā plus ſoluit,nō nocet legatariis.B.**

LXI. IDEM *libro quarto Epiſtolarum.*

ALienus fundus tibi legatus eſt.hunc heres cū emere niſi infinito pretio non poſſet, emit

D multò pluris quàm quanti erat qua emptione effectum eſt, vt legatarij ad legem Falcidiam reuocarentur. quæro, cum ſi[n] fundus

k *Quod ei.*ſcilicet impuberi.Accurſius.

l *Legatorum.* i.prælegatorum in primis tabulis cum haberet coheredem & dic pertinet,ex ſubſtitutione.pup.non venit in computationem:quia ſubſtitutus nō cōputat ſibi in quartā quod impuberi

E fuerit præleg.ſed habet prǣcip.ſicut nec ipſe impubes cōputaret:vt j.e.l.quod autē.Alij dicūt ei,ſcilic.ſubſtituto, & legatorū in ſecūdis tabulis.& nō venit in cōputat.ſcil.Falcid.quia nō valet: vtpote à ſe ſibi relictū:vt.ſ.de leg,j.l.legatū.§.j.ſed totū cōputatur in quarta:vt ſ.e.l.nō eſt.ſed prima placet:quia dicit ei à patre.Itē quod dicit,pertinet,exponunt quidā ex vulgari& ſic nō cōputat ſubſtitutus: quia nō habet:ſed habet impubes:vt.ſ.de leg.j.l..qui filiab⁹.in fi.&l.ſeq.

m *Legato petito.*per actionem in rem,in qua iuratur?vt ſupra de in lit.iur.l.in actione.ſi autem actione ex teſtamento,nō inratur:vt.ſ. de in lit.iur.l.aliàs niſi dicas quando res non extaret:vt.ſ. in eo.ti.l. in actionibus.§.planè.& facit in illo eo.tit.l.j. & j.de fideiuſſ,l. fi.& ſ.de leg.j.l.legatum.§.fundus. & ſ.eo.l.in Falcid.& j.l.proxi.& l. in lege.§.fi.& argu.ſ.de procura.l.qui proprio.§. vt in cæteris.ibi, pœnam autem,&c.& j.de reg.iur.l.quod quis ex culpa,Accur.

n ALienus.*Cum ſi.* aliàs ſit: ſed melius,ſi & dic quæro cùm legata &c.& quid dicit,quanti reuera: ſcilicet valeret iuſto pretio.

a *Re vera.* ſcilicet valeret.
b *Voluntate.* quæ fuit in emendo vt tam carum emeret.
c *Præſtare.* vt & ſupra de lega.iij.l.non dubium.§,fi.& facit.ſ.eo.l.j. §.fi.& de lega.j.l.ſi fideiuſſor.§.fi.&.ſ l,proxi.§.fi.& ſ.mand.l. ſi fide iuſſor.Item no.alterius.ſic ſupra de noxa.l.electio,§.fin. & ſupra de tranſac.l.iij.

Viuianus.
A d *Fuerint.* quorum vnus alium ſibi fecit heredem.Accurſius.
e *Computari.* quando ſunt duo rei ſtipulandi : vt fiat ſolutio in obligationem hereditariam, tunc in bonis defuncti . ſed ſi heredis, tunc in bonis heredis. vtraque enim durat:vt infra de fideiuſſo.l.ſi reus. & l. generaliter. §.j.

In *lege.* ] CASVS. Titius & Seius promiſerunt mihi.x.inſolidum, & ita ſunt duo rei promittendi deceſsitdictus Titius inſtituto ſibi herede dicto Seio,& multis ab eo legatis.nũc legatarij petunt ab eo legata. nunquid tota decem mihi debita detra-

Id in lege. het de hereditate tanquam ęs alienum:vt ſic maiorem legatariis detrahet Falcidiam?an verò detrahet partem vel nihil ? Et diſtinguitur: aut erant ſocij iſti duo rei promittẽdi.autnon. Primo caſu diuidi inter eos debet obligatio de dictis decem mihi debitis, vt reus promittendi heres tantùm videatur minus habere in bonis ſuis, quantum eſt medietas eius quod mihi debebant: & illud non noceat vel proſit legatariis.Item tantum minus videatur habere in bonis hereditariis,quãtum eſt alia medietas debiti:&illud legatariis noceat.Si autem non erant ſocij,tunc in pendenti eſt de cuius debeat detrahi bonis iſtud debitum totum tanquam æs alienum : ſcilicet vtrum de bonis teſtatoris,vt ſic noceat legatariis quantum ad maiorem Falcidiam eis detrahendam.an de bonis heredis: vt ſic non proſit nec noceat legatariis.Et ſi quidem heres ſoluerit mihi totum hoc meum debitũ tanquam debitum teſtatoris qui erat mihi cum eo reus debendi. tunc totum dictum debitum detrahetur de bonis teſtatoris: & ſic nocebit legatariis. ſi autem ſoluerit mihi tanquam debitum ſuum heredis,tunc nihil nocebit legatariis.& non mireris ſi taliter poteſt ſoluere heres prædictus, ſcilicet vel tanquam ſuum debitum, vel tãquam hereditarium.nam ambæ obligationes in eum inſolidum concurrunt : vt argu.ſupra de actio.empt.non eſt nouum.in finali. & in prædicto pendenti com non erant ſocij, credo qnòd heres interim debeat ſoluere legata integra legatariis, & recipere ab eis cautionem de reſtituendo quod vltra acceperint quàm per legem Falcidiam eos accipere liceret.argu.ſupra eodem l.is cui fideicommiſſum . Et idem per omnia diſtinguitur ſi ego debebam inſolidum. x. dicto Titio & Seio : & ita erant duo rei ſtipulandi, & Titius inſtituit Seium heredem, & multa legata ab eo reliquit. nam aut erant ſocij,aut non. Primo caſu diuidi inter eos debet obligatio de dictis. x. quæ ego eis inſolidum debebam, ſicut ſi quilibet eorum partem dictæ pecuniæ à me debitore ſtipulatus eſſet : ſcilicet vt vnus reus ſtipulandi, ſcilicet Seius Titij heres habeat in bonis ſuis medietatem eius quod ego debebam eis : & illa non proſit legatariis,aliam autem medietatem habeat in bonis hereditariis,& illa proſit legatariis quantum ad Falcidiam vt minor eis detrahatur. Si autem non erant ſocij dicti duo rei ſtipulandi,tunc in pendenti eſt in cuius eorum bonis computari oporteat id quod ego inſolidum ei debebam: vt ſi ego ſoluam heredi propter obligationem hereditariam . computetur in bonis defuncti rei ſtipulandi, & ſic proſit legatariis. Si autem ſoluam heredi propter obligationem qua ei inſolidum tenebat, tunc computetur in bonis heredis: & ſic non proſit vel noceat legatariis, nam & hîc vtraque obligatio durat vno reo ſtipulandi exiſtente herede alteri: vt infra de fide iuſſo.l.ſi reus.& l.generaliter.§. j. [ CORPORA. ] Titius inſtituit ſibi heredem Seium,& multa ab eo legata reliquit:& deceſſit,nũc heres vult trahere rationem Falcidiæ cum legatariis . vnde omnia corpora quæ ſunt in bonis defuncti, debent æſtimari ad ſciendum vtrum habeat locum Falcidia,vel non.Certè ſecundum rei veritatem ſunt æſtimanda : hoc eſt ſecundùm præſens pretium: non autem formali pretio,ſiue à contrahentibus formato, id eſt à defuncto & ab eo qui ei vendidit. fortè enim defunctus emit dicta corpora,vltra quàm valerent.

tanti quanti re vera,[a] emptus eſſet, legata non fuerant exceſſura ius legis Falcidiæ:an hoc ipſo heres inſtitutus partem reuocandi à legatariis ius habeat, quòd ex voluntate [b] defuncti pluris emerit fundum quàm quanti erat ? Reſpondit,Quod amplius heres quã prætium fundi,legatario ſoluit,id B * lege Falcidia imputari non poteſt: quia negligentia eius nocere legatariis non debet: vtpote cum is confitendo veram æſtimationẽ præſtare[c] poterat.

**In duobus reis ſociis debitum vtique pro parte videtur actiuè & paſſiuè in non ſociis,eius videtur debitum, qui debitum occupauerit.Bart.**

LXII. VLPIANVS *libro primo ad legem Iuliam & Papiam.*

IN lege Falcidia hoc eſſe ſeruãdum Iulianus ait, vt ſi duo rei C promittendi fuerint, [d] vel duo rei ſtipulandi: ſi quidem ſocij ſint in ea re diuidi inrer eos debere obligationem,atque ſi ſinguli partem pecuniæ ſtipulati eſſent, vel promiſiſſent. quòd ſi ſocietas inter eos nulla fuiſſet : in pendenti eſſe, in vtrius bonis computari [e] oporteat id quod debetur, vel ex cuius bonis[f] detrahi. Corpora ſi qua ſunt in bonís defuncti: ſecundum rei veritatem æſtimanda erunt, hoc eſt ſecundum præſens pretium:nec quicquam eorũ formali [g] pretio æſtimandum eſſe ſciendum eſt.

**Res debet æſtimari communi æſtimatione, nõ ex affectione ſingulari.Item qui habet ius adeundi hereditatem, non dicitur locupletior.Bartolus.**

LXIII. PAVLVS *libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.*

f *Ex cuius bonis.* cũ ſint duo rei promittendi.& facit infra de fideiuſſ. l. Vranius. & ſupra eodẽ l.ſtatu liber. & de lib.le. l.iij.§.nunc.
g *Formali.* id eſt formato à contrahẽtibus quã do defunctusemit vltra quàm valeret, vel min⁹ & ita non ea præterita emptione:vt & infra de iure fiſci.l.iij.§.diui Vel formali,id eſt ſingulari, quod aliàs quandoque inſpicitur. vel ratione ſanguinis, vel vtilitatis: vt infra eodem l.pretia. vel quia fuit maior : vt ſupra de mino. l. ſi in emptione. vel ratione confinium: vt ſupra de lega.ij.l. ſi cui fundus. & facit ſupra eodem l. cùm pater. §. j. Accurſius.

PRetia *rerum.* ] CASVS. Hæc lex debet continuati cum l.ſequenti.& hoc vult:Non debent res æſtimari ex affectu vel vtilitate ſingulorum, ſed communiter. nec enim heres qui filium ſuum neturalem natum ex ancilla teſtatoris poſsidet tãquam rem hereditariam, tantò iudicatur locupletior vt proſit legatariis,quòd eundem ſuum filium plurimo pretio quàm valeat, redempturus fuiſſet ſi alius poſsideret eum. nec ille heres qui filium alienum natum ex ancilla teſtatoris poſsidet tanquam rem hereditariam, tantum babere iudicatur vt proſit legatariis,quãtum eum poteſt vendere patri ſi pater vult ei dare pluſquam valeat communiter : nec expectandum eſt donec vendat patri,ſed in præſentia ſiue in præſenti æſtimatur quaſi homo ſiue ſeruus hereditarius , & non quaſi filius alicuius : nec ille heres qui poſsidet ſeruum qui commiſit noxiam , tantum habere iudicatur vt proſit legatariis, D quantum magis habet carum ex eo quòd deliquit. ſunt enim quidam qui tenent magis caros ſeruos ex eo quòd ſunt malefactores ſed iudicantur tantum habere quantum communiter valet dictus ſeruus. nec enim fit aliquis ſeruus pretioſior ſi committat delicta: nec ille heres qui poſſidet ſeruum hereditarium inſtitutum ab aliquo extraneo, poſt mortem teſtatoris eiuſdem heredis tantum habere iudicatur vt proſit legatariis,quanto pluris vendi poteſt dict⁹ ſeruus propter hereditatem in qua eſt inſtitutus ab extraneò. nam & ſi ipſe heres cum quo nunc tractatur de Falcidia, eſſet inſtitutus ab aliquo extraneo : non diceretur locupletior antequam adiret hereditatem extranei : ergo abſurdum eſſet eundem heredem eſſe factum locupletiorem antequam ſeruus hereditarius ab extraneo inſtitutus adeat extranei hereditatem : cum multis caſibus accidere poſſit ne iuſſu eius heredis adeat idem ſeruus . Ad id quod dictum eſt pretia rerum communiter æſtimari, poſſumus adducere & aliud exemplum : ſcilicet vt creditor cuius debitor ſoluen- E do non eſt , tantum videatur habere de dicto debito circa rationem legis Falcidiæ,quantum exigere poteſt à debitore ſuo. quamuis autem dixerit communiter debere æſtimari pretia rerum , tamen loca & tempora afferunt aliquando varietatem in pretio rerum.De locis pone tale exemplum: quia aliter æſtimatur oleum in Roma,& aliter in Hiſpania: quia carius eſt Romæ.De temporibus pone tale exemplum: quia continuis ſterilitatibus exiſtentibus per magnum tempus non æſtimatur tantidem oleum vel olei fructus quanti æſtimatur fœcundis ſiue vberrimis fructibus exiſtentibus continuis. nam plus æſtimatur tempore cariſtiæ continuæ quàm abundantiæ continuæ. & bene dixi de continua abundantia & de continua cariſtia per magnum tempus : quia hîc quoque , id eſt in computatione.l. Falcid. nedum in aliis cauſis conſtituuntur pretia non ex momentis temporum:puta ex præterita cariſtia : nec ex ea caritate ſiue cariſtia quæ rarò accidit,etiam ſi tempore præſenti obtineat caritas. Viuianus.

*vtilitate*

a *Vtilitate.* de affectu & vtilitate ſtatim ponet exemplum. & plenius no. ſupra.l.proxi.in fi. Accurſius.

b *Funguntur.* id eſt communi pretio æſtimantur res. quod ergo dicitur, res tantum valet quantum vendi poteſt, ſcilicet communiter: vt hîc, &.ſ.eo.l. proxi.in fi. &.ſ. ad legem Aquil.l. ſi ſeruum. Vel dic cõmuniter funguntur, ſcilicet pretia: id eſt ſtatuuntur. & cõmuniter expone vt prius. Vel tertiò funguntur cõmuniter, id eſt tale pretium imponitur quod æquiualeat rei, vt cõmune & æquale ſit habere rem, vel pretium.

Res tantum valet quantum cõmuniter vendi poteſt.

† Vide ad hanc l. Al. de eo quod intereſt, in prĩci.3.q. & qualiter pretiũ rerũ probetur, vide glo. & Abba. in c. cũ cauſa extra de teſti.

c *Qui filium naturalem.* ſcilicet ſeruum ſuum. aliàs nõ poſſideret. & eſt exemplum de affectu.

d *Sed nec.* exemplũ de vtilitate.

e *Qua.* aliàs quò, id eſt quanto: ſcilicet pretio. aliàs qua, ſcilicet æſtimatione.

f *Homo.* ſeruus aliquis non habito reſpectu ad patrem.

g *Eadem cauſa.* vt æſtimetur quantum cõmuniter valet.

h *Nocuit.* defuncto cuius erat. per quod videbatur difficilius quòd venderet, ne puniendi adimatur facultas, & de ſociis inquirendi, arg.ſ. fami. ercisc.l. Pomponius. circa prin. Vel dic nocuit extraneo in vita defuncti: & tunc non fit pretioſior, id eſt fit deterior: & ſic prout valet. Accurſius.

i *Seruum.* hereditariũ.

k *Venire poteſt.* quia iuſſu emptoris adiret: vt inſti. de here. nſti. §. ſi. au. Accurſius.

l *Ipſum.* q d. iſtud eſt dicere, me inſtitutum nõ eſſe locupletẽ antequã adeam: quod quidẽ verum eſt, & ſi ſeruus hereditari⁹ inſtituatur, me fieri locupletẽ. neutro ergo caſu fuit locupletior. H. Alij legunt interrogatiuè vſque illuc, certè &c. q.d. nõ eſt abſurdum me non eſſe locupletiorem. Alij dicunt quòd ſi ego inſtituar, ſum locupletior antequam adeam: cùm & ius deliberandi & adeundi tranſmitto. vt &.C. de iure delibe.l.cum antiquioribus. Si ſeruus meus, non. quos ſenſus litera non bene portat.

m *Locupletiorem.* quod quidem verum eſt antequam adeam &c.

n *Antequam.* pro quamuis &c.

o *Adeam.* facias punctum loco copulæ. & repete, & ne nobis acquiri. certè & ſi adierit, puta ſi noſter eſſe deſinat: quod multis modis poteſt contingere, & hoc quo ad Falci. aliàs cõtra ſupra ad legẽ Aquil.l. inde Neratius. &.ſ. de condic. furt.l.iij.§.j. &.j. de fur.le. ſi quis vxori.§.penul. ſed illa odio furis, occiſoris, & raptoris.

a] Quo tẽpore quiſcogitur frumẽtum vẽdere pretio etiam paruo non iuſto. Bat. in l.1.§. cura carnis. in ſecũda oppo.ſ. de offic. præfec. vrb. idẽ in l. annonã.j. de extra. crimi.

p *Habet.* creditor. & facit infra eo.l. quærebatur.

q *Loca.* primò ponit de loco: ſecundò de tempore. & facit ad locum.ſ. de eo quod certo loco.l. ideóque.

r *Nec enim.* de loco dicit. Accurſius.

ſ *Nec continuis.* exemplum de tempore.

t *Secundis.* id eſt vberrimis, ſcilicet exiſtentibus. vnde dicitur: hæc nauis vadit ad ſecundã quando vadit.j. aliter igitur æſtimatur tẽpus cariſtiæ ª quàm vbertatis ſi diu durauerit. ſecus ſi parum: vt.j. ſubiicit. Accurſius.

u *Fructibus.* vberrimis. fuit enim ſeptem annis valde carum tempus, & ſeptem ſequentibus maxima vbertas.

x *Cum hic.* id eſt in computatione Falcid. vel hîc, id eſt in æſtimãdis fructibus.

y *Caritate.* id eſt etiam ſi tempore præſenti obtineat: quia ad ea quæ plerumque contingunt, iura aptantur: vt.ſ. de legi. & ſena. conſul.l. nam ad ea.

Pretia rerum non ex affectu nec vtilitate ª ſingulorũ, ſed cõmuniter funguntur. ᵇ † Nec enim qui filium naturalem ᶜ poſſidet, tanto locupletior eſt, quòd eum ſi alius poſſideret, plurimo redẽpturus fuiſſet. Sed nec ᵈ ille qui filium alienum poſſidet, tantum habet, quanti eum patri vẽdere poteſt. Nec expectandũ eſt dum vendat: ſed in præſentia, nõ qua ᵉ filius alicuius, ſed qua homo ᶠ æſtimatur. Eadem ᵍ cauſa eſt eius ſerui qui noxã nocuit. ʰ Nec enim delinquendo quiſque pretioſior fit. Sed nec heredem poſt mortẽ teſtatoris inſtitutum ſeruum ⁱ tanto pluris eſſe, quo pluris venire poteſt, ᵏ Pedius ſcribit. Eſt enim abſurdum, ipſum ˡ heredem inſtitutũ non eſſe locupletiorem ᵐ antequã ⁿ adeam: ᵒ ſi autẽ ſeruus heres inſtitutus ſit, ſtatim me locupletiorem effectũ: cùm multis cauſis accidere poſſit, ne iuſſu noſtro adeat. adquirit nobis certè cum adierit. Eſſe autem præpoſterum, antè nos locupletes dici, quàm adquiſierimus. Cuius debitor ſoluendo nõ eſt, tantum habet ᵖ in bonis, quãtum exigere poteſt.

**Ex loco & tempore rerum pretia variantur: & cariſtia quæ modico tempore fuerit, non inſpicitur. Bartolus.**

Nonnullam tamen pretio varietatem loca ᑫ temporaq; adferunt. Nec enim ʳ tantidem Romæ & in Hiſpania oleũ æſtimabitur: nec continuis ſ ſterilitatibus tantidem, quanti ſecundis ᵗ fructib⁹: ᵘ dum hic ˣ quoque nõ ex momentis temporum, nec ex ea quæ rarò accidat caritate ʸ pretia conſtituantur.

**LXIIII. VLPIANVS** *libro tertiodecimo ad legem Iuliã & Papiam.*

Si in teſtamento ita ſcriptũ ſit, *Heres meus Lucio Titio decẽ dare dãnas eſto: & quanto quidẽ minus per legem Falcidiã capere poterit,* ᶻ *tanto amplius ei dare damnas eſto:* ª ſententiæ teſtatoris ſtandum eſt. ᵇ

B

**Si fundus legatur ſub cõditione ſi heredi pecunia ſoluatur per legatarium: fundus totus eſt in legato quoad cõputationem Falcid. Alexand.**

**LXV. PAVLVS** *libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.*

Si fundus legatus ſit quinquaginta dignus, ſub hac conditione, ſi quinquaginta heredi dediſſet: plerique putant vtile ᶜ eſſe legatum: quia conditionis implendæ cauſa datur. Nam cõſtat etiam Falcidiam eum pati poſſe. Sed ſi quinquaginta aurei legati ſint, ſi quinquaginta dediſſet: dicendum, inutile eſſe legatum, & magis ridiculum eſſe.

C

**In legatis conditionalibus & in diem tanto minus dicitur eſſe in legato quantum facit ratio interuſurij medij temporis. Alexã.**

**LXVI. VLPIANVS** *libro octauodecimo ad legem Iuliã & Papiam.*

D

Circa legem Falcidiam in eo quod ſub conditione vel in diem alicui relictum eſt, hoc obſeruandum eſt: Si decem ſub conditione alicui fuerint relicta, eáque conditio poſt decennium fortè extiterit, ᵈ non videntur decem huic legata, ſed minus ᵉ decem: quia interuallum temporis & interuſurium huius ſpatij

Si *in teſtamento.*] CASVS. Ita dixit teſtator in teſtamento, heres meus damnatus eſto dare Lucio Titio.x. & quãto quidem minus per.l. Falc. capere poterit idẽ Lucius Titius, tãto amplius ei dare damnatus eſto. & deceſſit teſtator. certè ſtandum eſt ſententiæ teſtatoris: vt ſcilicet non patiatur Lucius Titius Falc. Viuianus.

z *Capere poterit.* ſcilicet heres, id eſt detrahere ab hoc Titio.

a *Eſto.* de legatis cæterorum.

b *Standum eſt.* imò non ſtandum: vt heres non habeat Falci. vt.j. eod.l. Titia. cõtra. Sol. ſpeciale hoc caſu: vt & aliàs.ſ. eodem.l. ſi debitor. hoc tamen non nocet heredi: quia alij legatarij & ſuum & hoc onus Falci. ſubeunt: vt.j. eodẽ.l. qui quadringenta.§. ſi quid. Vel poteſt dici ꝙ hic nõ dicit detrahi Falcid. ſed dicit quòd cùm duo & dimidiũ poſſunt detrahi de decem nomine Falcid. tantum, id eſt duo & dimidium videatur ei iterum legare: & ſic erunt. xij. & dimidium, ex quibus Falc. detrahitur: & hoc modò ſtatur ſententiæ teſtatoris, & Fal. retinetur. prædicta autem duo & dimidium detrahit heres de legatis cæterorum. vt dixi. Accurſius.

Si *fundus.*] CASVS. Legaui tibi fundum valentem.l. ſub conditiõe ſi dares heredi meo l. certè valet legatum fũdi, & poteſt heres meus detrahere Falci. de fundo ſi habet locum Falci. in hereditate mea: non obſtante qđ tu dediſti ei.l. cauſa implendæ conditionis legati fundi. ſed ſi legaui tibi.l. aureos ſub conditione ſi dares.l. aureos heredi meo: non valet hoc caſu legatum. Viuianus.

E

c *Vtile.* in toto fundo. nam totus legatus videtur: vt.ſ. eo.l. ad veterani.§.j. & dic contraria plenè vt ibi not. & facit.ſ. de lega.ij.l. ſi cui fundus. &.j. eo.l. qui fundum. Accurſius.

Circa *legem.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & multa legata ab eo reliqui & purè, & in diem, & ſub conditione: inter quæ legaui Seio.x. vſque ad.x. annos: vel ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit. & ea conditio extit poſt decennium. certè non videntur huic Seio legata.x. vt ſic poſſit heres aliis legatariis detrahere Fal. eo modo ac ſi dictus Seius habuiſſet.x. ſed tantum minus de.x. videtur legatum dicto Seio quantum ad hoc quod heres fuit lucratus medio tempore vſque ad diem vel condi. ex dictis.x. exiſtentem. Secundò dicit quod ſicut legata non ſoluuntur niſi deducto ære alieno, ita & donationis cauſa. Viuianus.

d *Extiterit.* & ſic medio tẽpore quinq; pcepit heres de interuſurio.

e *Minus decem.* ſcilicet.v.

minorẽ facit quantitatẽ [a] decẽ. Sicuti legata non debentur niſi deducto ære alieno aliquid ſuperſit: [b] nec mortis cauſa donationes debebuntur, ſed infirmãtur per æs alienum. Quare ſi immodicum [c] † æs alienũ interueniat, ex re mortis cauſa ſibi donata nihil [d] aliquis conſequitur.

Tãtũ dicitur cõſequi legatarius de legato, quantũ conſequitur cũ effectu detracta Falcidia. Alexan.

LXVII. TERENTIVS *Clemens libro quarto ad legem Iuliam Papiam.*

Votiẽs cuidam amplius legatum ſit quàm ei capere liceret, [e] & lex Falcidia locum haberet: prius Falcidiæ ratio habẽda eſt, ſcilicet vt ſubducto eo quod lex Falcidia exceperit, reliquum, ſi non excedat [f] ſtatutam legi portionem, debeatur. [g]

Legatum alimentorum ad vitam relictum, & etiam legatum vſusfructus ſubiiciũtur Falcidiæ, & reputantur aſcendere ad tantam quantitatem quantam cõprehendere poteſt tempus vitæ habita ratione ætatis. Alexan.

LXVIII. ÆMILIVS *Macer libro ſecũdo* * *ad legẽ vicenſimũ Hereditariũ.*

Omputationi [h] in alimentis [i] faciendæ hanc formam eſſe Vlpianus ſcribit, vt à prima ætate [k] vſq; ad annũ vicenſimum quantitas alimentorum triginta annorum computetur, [l] eiúſque quãtitatis Falcidia præſtetur. Ab annis verò viginti vſq; ad annum vicẽſimumquintũ, annorum vigintiocto. [m] Ab annis vigintiquinque vſque ad annos triginta, annorum vigintiquinque. Ab annis triginta vſque ad annos trigintaquinq;, annorũ vigintiduo. Ab annis trigintaquinq; vſq; ad annos quadraginta, annorum viginti. Ab annis quadraginta, vſq; ad annos quinquaginta, tot annorũ computatio fit, quot † ætati eius [n] ad annũ ſexagẽſimũ deerit, * remiſſo [o] anno vno. Ab anno vero quinquageſimo vſq; ad annum quinquagenſimũquintũ, annorũ nouẽ. Ab annis quinquagintaquinq; vſque ad annũ ſexagenſimũ, annorũ ſeptẽ. Ab annis ſexaginta cuiuſcunq; ætatis ſit, [p] annorum quinq;. Eoq́; nos iure vti Vlpianus ait [q] & circa cõputationẽ vſusfructus faciendã. Solitũ eſt tamẽ à prima ætate vſque ad annũ trigenſimũ computationem [r] annorum triginta fieri. Ab annis vero triginta, tot annorum cõputationem inire, quot ad annum ſexagenſimũ deeſſe videntur. nunquã ergo amplius quàm triginta annorũ computatio initur. Sic denique & ſi reipublicæ vſusfructus legetur, ſiue ſimpliciter, ſiue ad ludos, triginta annorum computatio [ſ] fit.

Sicut ſubtrahẽs rem hereditariã perdit Falcidiam in illa, ita negans rẽ hereditariã eſſe, ſi poſtea de mendacia conuincatur. Alex.

Si quis ex heredibus rem propriam [t] eſſe cõtendat, deinde hereditariã eſſe conuincatur: quidã putãt eius quoque Falcidiã non poſſe retineri: quia nihil interſit, ſubtraxerit, an hereditariam [u]

---

a *Quantitatem.* & ſecundũ hoc Falcid. detrahitur: vt.j.e. l.qui quadringenta.§.fin.&.l.in quantitate.§. in diem. & facit.ſ. eo.l.in lege Falcid.& no.inſtitu.de act.§.plus.

b *ſuperſit.* vt.C.eo.l.ſucceſſores.

c *Immodicum.* i.magnũ, adeò quod non poſſunt ſolui donationes.

d *Nihil.* niſi quod ſupereſt deducto ære alieno. & facit. C. de teſta. mili.l.in teſtamento.

*Votiens.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titiũ, & filio meo naturali qui nõ poterat capere niſi duas vncias de iure, legaui tres vncias hereditatis meæ, & multa alia aliis legata reliqui, ita quòd habet locum.l.Falcid.in hereditate mea.certè prius debet detrahi Fal.de dictis tribus vnciis: & reliquũ debetur filio ſi nõ ſit vltra duas vncias. Viuia.

† Sic Flo. & in manuſcr. perperã vul. editio habet modicum.

e *Licet.* vt naturali vltra vnicam vnciam: vt C.de natu.lib.l.ij.

f *Non excedat.* ſed ſi excedat, ille exceſſus retinetur adhuc prẹter Fal.

g *Debeatur.* hæc lex facit vt filius de reſtituẽdo rogatus poſſit detrahere duas quartas. qđ dic vt.C.eo.l.quanquã. facit.ſ.tit.j.l.ſed & ſi.§.j.

Filius de reſtituendo rogatus, duas quartas detrahere poteſt.

h *Computationi.* Teſtator ab inſtituto reliquit legata: inter quæ legauit Seio alimẽta.nũc heres cum Falci. non habeat, vult detrahere de cæteris legatis. hoc planum eſt. ſed nõ de legato alimẽtorum, quod fortè ſingulis annis valet. x. & poterat durare. x. annis vel etiã xx.vel.l. annis prout viueret alimẽtarius. quæritur, ſecundum quam quantitatem detrahere poſſit? Et dicit Vlpianus, ꝙ ſi alimentarius eſt à prima ætate vſque ad.xx.an.puta: quia habet.xv.an.tunc æſtimatur quantum capit per.xxx.ann.& ſic æſtimantur. ccc. tantùm ergo de aliis detrahit, ac ſi huic.ccc.fuiſſent legata dãda hinc ad. xxx. an.ſ.per ſingulos ann.vel ſi viuat plus, ei dabitur plus & econtra ſi minus, detrahetur tantundem.& de his detrahet per ſingulos annos.eodem modo & in ſequentibus temporibus dicas. Sed an ſit idem in vſufru.ſi dictus teſtator legauit Seio vſumfru.fundi? Et.Vlpianus dicit idem, ſed malè: quia ſolidum eſt aliter dici à ſapientibus in vſufru.ſcilicet vt à prima ætate vſque ad. xxx an. æſtimetur quantum valet pe.xxx.an.& ſecundum eam æſtimationem quarta detrahetur de cæteris legatis.

* Vide Anto.Aug.lib.1.emend.ca.4.

i *In alimentis.* ſi quæratur quantum nomine alimentorum ſit relictum alicui, & quantum nomine Falcidiæ detrahitur vel ex eo, vel propter illud ex aliis. Viuianus.

k *A prima ætate.* quæ eſt vſque ad.xij.vel.xiiij.annos: vt.C.de impu.& al.ſub.l.pe.& de iure delib.l.quidam.& dicitur impubes. ſecunda vſque ad.xxv.& dicitur adoleſcentia: vt.ſ.de leg iij.l.nõ aliter.in fi.exinde dicitur tertia vſque ad.lxx.& dicitur iuuẽtus: vt ea. l.non aliter.in fi.abinde ſenex vel ſenium: vt.j.de iure immu.l. maiores.ſed quantum ad hanc computationem primæ ætati hîc adiicit vſque ad.xx.an.

Ætates hominis quatuor.

l *Triginta annorum computetur.* præſumitur quod tantũ viuere poſſit, & ita finiantur alimenta: vt ſupra de tranſact.l.cùm hi.§. modus.in fin. Sed quid ſi minus vel vltra viuas? Reſpond. vel repetit à legatario quod habuit vltra vitam, & proficit aliis legatariis. vel dabitur legatario prout vixit vltra: ſicut dico in vſufructu reipublicæ relicto.j.ibi, ſic denique.

m *vigintiocto.* ſcilicet quantitas alimentorum computatur, & eius quantitatis Falcidia præſtetur ſemper repete. Accurſius.

n *Quot ætati eius.* vt ſi habet. xlij. annos, præſumitur viuere. xviij. vno minus. Accurſius.

o *Remiſſo.* id eſt detracto. Azo.

p *Ætatis ſit.* ſ.in antea.

q *Vlpianus ait.* & malè: & ideò ſtatim corrigit, ſolitũ eſt &c. Et ſic not. quod aliud eſt in vſufructu q̃ alimentis: vt.ſ.dictũ eſt.& fauore alimẽtarij hoc dictũ eſt. nam quia fructuarius ſecundum hanc computationem æſtimatur diutius viuere q̃ alimentarius, ideò maiorem nomine Falci. patitur detractionem. ſic & vſusfructus morte & cap. de. tollitur, alimenta morte tãtum: vt.ſ. de capi. de.l. legatum. Azo. Sed an pro omnibus annis dabuntur ſtatim alimẽta? Reſpon. æſtimabuntur quantum valerent per tantũ tempus dãda per ſingulos annos, & id ſoluitur: vt.ſ.eo.l.cũ Titio. & ſecundũ hoc ſibi & aliis defalcatur.vel aliter vt ibi no. Item non obſtat prædictis.ſ. eo.l. in lege Falci.quia ibi in ſimplici cõditionali.vel ſolue vt ibi. Item nec obſt.ſ.eo.l.ſi heres.§.finali. quia ibi ſpeciale. Itẽ no.in alimẽtis præſumi citius mori ſenẽ [a] quàm iuuenem.ſic.j.de fideicommi.lib.l.is qui. Sed arg.contra.ſ. de inoffic. teſta. l. nam & ſi. ADDITIO. Dic ſecundum Bart.ꝙ ibi plus viuit ſenex q̃ iuuenis: & euenit propter ordinẽ turbatum.

† ſcilicet annorum. Taurell. * deerunt.

a] Adde quis dicatur ſenex: glo.ordi.in.l.2.in verſi.ſeniũ. C.de iis qui non imple. ſtipen.li.10. & in.l.1.C. qui æta.co.titu.

r *Computationem.* ſcilicet vſque ad.xl. vel.lx.ſed vſque ad.xv. vt.ſ. dictum eſt. Accurſius.

ſ *Comparatio.* quia præſumitur in hoc tempus capite minui ciuitas. Sed nonne durat.c.annis: vt.ſ.de vſufru. l.an vſusfructus. quæ eſt contra? Sol.hîc nõ dicit finiri hoc tẽpore, ſed æſtimari quãtum valet fructus, id eſt in tantum tempus. ſed ſi interim non finiatur vſusfructus, fiet iterum æſtimatio in alios.xxx. & ſic deinceps vſq; ad.c.vt in contrario.Item contra.C.de dona.l.ſi quis argentum.§. ſi autẽ donator.vbi in.xv. ſed ibi donator qui donauit redditum, non habebat prædium. ADDITIO. Dic aliter ſecundum Barto. quod aliud in donatione, vt ibi. aliud in legato, vt hîc. & ideo nõ poteſt dari niſi quia ſic placuit: vt.l.non omnium.ſ.de leg.

*Si quis ex heredibus.*] CASVS. Inſtitui mihi tres heredes.& multa legata quibuſdã reliqui, ita ꝙ habet locũ.l.Falci.cũ autẽ heredes volũt habere ita rationẽ quantũ ſit in bonis meis, vt ſic ſciãt quantum debẽt detrahere nomine Fal.de legatis: vnus de eis heredibus dixit vnũ equum hereditarium eſſe ſuum propriũ. certè ſi cõuincatur hereditariũ eſſe dictũ equum, nõ detraheret ſi dictum equũ ſubtraxiſſet: quo caſu ſine dubio non detraheret Falc. Viuian.

t *Propriam.* ſuam heredis, non defuncti: vt ita repellat legatarium à rei vin.poteſt tamen peti actione ex teſtamento: vt.ſ. de leg.ij.l. vnum ex familia.§.ſi rem. Accurſius.

u *An hereditariam.* id eſt de hereditate.& facit.ſ. eod. l. beneficio. in princ.

eſſe negauerit. quod Vlpianus rectè improbat.

LXIX. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

VSufructu bonorum legato, æs alienum ex omnibus rebus deducendū eſt: quoniā poſt ſenatuſcōſultū nulla res eſt quæ nō cadit in vſusfructus [a] legatū.

LXX. VLPIANVS *libro ſextodecimo ad Sabinum.*

FAlcidiæ ſtipulatio [b] ſtatim cō mittitur vbi conditio [c] legati vel debiti [d] extitit.

Heres poteſt ſibi præiudicare in eo quod ſibi debetur per.l.Fal. Alexander.

LXXI. PAVLVS *libro trigeſimoſecundo ad Edictum.*

POteſt heres [e] in vendēda hereditate cauere, vt & lege Falcidia interueniēte ſolida legata præſtentur: [f] quia ea lex heredis cauſa lata [g] eſt: nec fraus ei fit ſi C ius ſuum deminuat [h] heres. †

† Iuxta hoc Cic. actione 3. in Verrē. Quod mihi lex mea cauſa dat, eo mihi non vti licebit? & alia multa in eādem ſententiam.

LXXII. GAIVS *libro tertio de Legatis ad Edictum Prætoris.*

QVantitas patrimonij deducto etiā eo quicquid explicādarū venditionum [i] cauſa impenditur, æſtimatur.

Cùm tractatur de imponēda Falcidia, tempus mortis inſpicitur: nec conſideratur deminutio ſequens vel incrementum. Alex.

LXXIII. IDEM *libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.*

D IN quātitate patrimonij exquirēda viſum eſt mortis tēpus [k] ſpectari. qua de cauſa ſi qui centū in bonis habuerit, tota ea legauerit: nihil legatariis prodeſt, ſi antè aditam [l] hereditatē per ſeruos hereditarios, aut ex partu ancillarū hereditariarū, aut ex fœtu pecorum [m] tātum acceſſerit hereditati, vt centū legatorum nomine erogatis, habitur[9] ſit heres quartā partem: ſed neceſſe eſt vt nihilo minus quarta pars legatis detrahatur. Et ex diuerſo, ſi ex cētum [n] ſeptuagintaquinq; legauerit, & antè aditā hereditatem in tātum decreuerint bona, incēdiis fortè, aut naufragiis, aut morte ſeruorū, vt nō plus quàm ſeptua- B gintaquinq; vel etiā minus relinquatur: ſolida [o] legata debentur. nec ea res dānoſa eſt heredi, cui liberū eſt nō adire [p] hereditatē. Quæ res efficit vt neceſſe [q] ſit legatariis, ne deſtituto teſtamento nihil cōſequātur, cum herede in portionem legatorum paciſci.

Si in hereditate eſt debitū vel creditum cōditionale, & tractatur de imponenda Falcidia, poteſt res dupliciter expediri: vel per ſolam cautione prætoriam: C vel per æſtimationē debiti & crediti conditionalis. ſed hæc æſtimatio in legatis conditionalibus locum non habet: ſed ſola cautio interponitur. de legatis verò in diem habetur conſideratio velut de puris, ſolo interuſurio medij temporis detracto: & ideò nō fit æſtimatio, nec præſtatur cautio. h.d. vſque ad finem. Alexand.

D Magna dubitatio fuit de his quorum conditio mortis tempore pendet: id eſt an quod ſub conditione debetur, ſtipulatoris bonis adnumeretur, & promiſſoris bonis detrahatur. Sed hoc iure vtimur, vt quanti ea ſpes obligationis venire poſſit, tantum ſtipulatoris quidem bonis accedere videatur, [r] promiſſoris verò decedere. aut cautionibus res explicari poteſt, vt duorū alterum fiat: aut ita ratio habea-

in prin.&.l.Paulus.&.j.ad Trebel.l.Paulus reſpond.ſi certa.&.s.de iis quib.vt indig.l.reſcriptum.

VSufructu.] CASVS. Titium inſtitui mihi heredem, cum eſſem debitor quorundā, & vſumfructum bonorū meorū reliqui Seio. certè æs alienū quo teneor prædictis, eſt deducendum ex omnibus rebus hereditariis, & in cæteris omnibus cōſtituendus eſt vſusfructus Seio. & eſt ratio quare in cæteris eſt cōſtituendus: quia nulla res eſt quæ nō cadat in vſumfructū legatū. & hoc poſt ſenatuſcon. cuius nomē nō habemus, in quo continebatur ꝙ omnium rerū quas in cuiuſcunq; patrimonio eſſe cōſtaret, vſusfru. legari poſſit: vt s.de vſufru. earum rerū quæ vſu cōſumuntur.l.j.in princi. Viuian.

a *In vſusfructus.* i. quaſi, etiam quæ vſu cōſumuntur: vt.s. de vſufru. ea. re.l.j.&.l.fi. & facit s.de vſufru.leg.l.j. & fi. &.j.de verb.ſig.l. ſubſignatum.§.bona.&.s.de iure dot.l.mulier.

FAlcidiæ.] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titiū, & primo & ſecundo legata reliqui purè, & tertio & quarto reliqui legatū ſub cōditione: & deceſſi. certū eſt autem ꝙ ſi exiſteret conditio legati relicti tertio & quarto, haberet locum Falcidia. nūc autem nō habet locum Falcidia pendente conditione dicti legati relicti tertio & quarto. vnde primus & ſecundus quibus legatū erat purè, petunt à Titio herede integra eorum legata: & Titius ſoluit eis. verūtamē fecit ſibi per eos caueri ꝙ reſtituerēt ei illud quod apparuerit plus accepiſſe q̃ per legē Falcidiam licuerit accipere apparuerit dico eo tempore quo exiſtet cōditio ſub qua relictū fuit legatum tertio & quarto prædictis. certè iſta ſtipulatio ſtatim committitur heredi vt poſſit ex ea agere contra dictos primum & ſecundum poſtquam extitit conditio legati relicti ſub conditione tertio & quarto: ſicq; habuit locū Fal. & quod dixi in ſtipulatione interpoſita occaſione legati conditio- E nalis, idem eſt in ea quæ interponitur occaſione debiti ſiue æris alieni hereditarij conditionalis. Viuianus.

b *ſtipulatio.* à legatario præſtita, vt quanto amplius quàm per legem Falcid. licuerit acceperit, reddat. & facit ſupra eo.l. legis Falcidiæ.&.l.beneficio.

c *Conditio legati.* quod relictum erat ſub conditione. Accur.

d *Debiti.*. æris alieni.

POteſt heres.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seium, & multa legata ab eo reliquit, ita quòd habeat locum Falcid. in hereditate: & deceſſit. nunc heres prædictus vult vendere dictā hereditatem Gaio. certè in ipſa venditione poteſt idem heres cauere legatariis de ſoluendis eis legatis integris etiam Falcid. locum habente. nam quamuis vendat hereditatem, nihilo minus tenetur reſpondere legatariis: vt. C. de here. ven.l.ij. nec videtur dictus heres cauere prædicto modo in fraudem legis Falcidiæ quæ vult detrahi quartam de legatis: quia ea lex Falcidia eſt lata cauſa here- A dis, & non in fraudem heredis: & heres benè poteſt deminuere ius ſuum prædicto modo. Poſt venditā autem hereditatem nō poſſet fortè heres tali modo cauere in præiudicium emptoris. Viuian.

e *Poteſt heres.* ſecus in teſtatore: vt.s.eo.l.quod de bonis.§.fina.

f *Præſtentur.* ab emptore, vel ſibi qui remanet obligatus: vt.C.de here. vendi.l.ij. Accurſius.

g *Cauſa lata.* aliàs data. & ita in libro domini mei.

h *Deminuat.* ſic.s. de pact.l.pactum.&.C.locati.l.emptorem.

QVātitas.] CASVS. Cum habetur ratio legis Falc. debet æſtimari quantitas patrimonij: vt ſciat̃ quātum debet detrahi de legatis nomine Falcidiæ. & certè quātitas patrimonij æſtimat̃ nō ſolùm deducto ære alieno, ſed etiam deducto eo quod impēditur per heredē cauſa explicandarum vēditionum faciendarum propter ſoluendū æs alienum: puta quia dedit proxenetæ.xx. ſolidos vt faceret eum vēdere rem hereditariam. Viuianus.

i *Venditionum.* quæ fiūt pro debitis explicādis. & facit. C. de iure delibe.l.fina.§.in computatione.

IN *quantitate.* vide hūc caſum per te propter nimiam prolixitatem.

k *Mortis tempus.* ſic.s.e.l.in ratione.in princi. & inſtit.eo.§. penult. quādoq; tamē tempus aditæ hereditatis: vt.s.eo.l. cum quo.&.s.e.l.ſi creditor. quādoque etiam poſt, vt ſtatim dicam.

l *ſi ante aditam.* quandoq; prodeſt etiā poſt aditā: vt ſi fructus prouenerunt ex legato relicto ſub cōditione ante conditionem: vt.s.e.l.quod de bonis.§. fructus. & infra ad Trebel.l.mulier.§. ſi heres. Idē contingit.s. eod.l.in ratione.§.j.&.s.eo.l.j.§.id quod. Item & econtra.s.e.l.in lege Falcidia placuit. ſed dic vt ibi. ADDITIO. Dic vt ibi in legato conditionali, vbi per cautionem tantum fit explicatio. ſed quādo eſt debitum vel creditum conditionale, tunc poteſt vtroque modo fieri: vt infra proximo.§.& ratio eſt, quia placuit ſic facere, ſecundum Bartolum.

m *Pecorum.* nec eſt contra quod dicit.j.l.qui quadringenta.§. fin. licet Io. eam intellexerit aliter: vt ibi dixi.

n *ſi ex centum.* id eſt ex parrimonio quod eſt cētum, legauit lxxv. & antè &c.

o *Solida.* id eſt non deducta Falcidia: vt & ſupra eod.l.in ratione. ij.§.diligenter. ſic ſupra de inſtitu.l. habebat. in fin. non autem de ſuo, niſi hodie ſi non fiat inuentarium: vt in authen.de here.& Falcid.§.ſi vero.col.j.

p *Non adire.* ſic.s.ſi quis omiſ.cau.teſta.l.ſi quis omiſſa.

q *Neceſſe.* cauſatiua neceſſitas, non præciſa. ſic inſtitu.de exhered. libe.§.ne ergo.

r *videatur.* facit.s.de mino.l.iij.§.ſi quid.&.j.e.l.quærebatur.&.s. eo.l.cum Titio.&.s.eo.l.in lege Falcidia non.

tur, tãquam purè debeatur:[a] aut ita, tanquã nihil debeatur. deinde heredes & legatarij inter ſe caueant, vt exiſtente cõditione aut heres reddat[b] quãto minus ſoluerit, aut legatarij reſtituant quãto plus cõſecuti ſint. Sed & ſi legata quædam purè, quædam ſub cõditione relicta efficiant vt exiſtẽte conditione lex Falcidia locum habeat: purè legata cũ cautione redduntur.[c] Quo caſu magis in vſu eſt, ſolui quidẽ pure legata, perinde ac ſi nulla alia ſub cõditione legata fuiſſent: cauere autem legatarios debere, ex euẽtu cõditionis quod amplius accepiſſent, redditu iri. * cuius generis cautio neceſſaria videtur & ſi quibuſdã ſeruis eodẽ teſtamẽto ſub cõditione libertas data ſit, quorũ pretia conditione exiſtẽte bonis detrahuntur. In diẽ relicta legata, alterius eſſe iuris palã eſt, cùm ea omnimodo tam ipſi legatario quàm heredibus eius deberi certum eſt. Sed tanto minus erogari ex bonis intellegendũ[d] eſt, quantum interea donec dies obtingit, heres lucraturus eſt ex fructibus vel vſuris.[e] Ergo optimum quidẽ eſt, ſtatim ab initio ita teſtatorem diſtribuere legata, ne vltra dodrantem relinquãtur. quòd ſi exceſſerit quis dodrãtem: pro rata portione per legẽ ipſo iure minuuntur. verbi gratia, Si is qui quadringenta in bonis habuit, tota ea quadringenta erogauerit: quarta pars legatariis detrahitur.[f] ſi trecẽta quinquaginta legauerit, octaua. Quòd ſi quingenta legauerit, habẽs quadringenta: initio quinta, deinde quarta pars detrahi debet. Antè enim detrahendum eſt quod extra bonorum † quantitatem eſt: deinde quod ex bonis apud heredem remanere oportet.

Illud tantùm in Falcidia imputatur quod capitur ex iudicio teſtatoris iure hereditario: niſi teſtator in Falcidiam iuſſerit imputari: & ideò prælegata quatenus capiuntur à coherede, non imputantur in Falcidiã: nec id qđ datur gratia cõditionis implẽdę, niſi fuerit hereditariũ. Alexand.

LXXIIII. IDEM *libro tertio de legatis ad Edictum Prætoris.*

QVod autem dicitur, ſi ex iudicio defuncti quartam habeat heres, ſolida præſtanda eſſe legata: ita accipere debemus, ſi hereditario iure habeat. Itaque quod quis legatorum[g] nomine à coherede accedit, in quadrantem ei non imputatur.

LXXV *Ex libro quadrageſimo Digeſtorum Iuliani Marcellus.*

B SEd † ſi ideò legatum[h] ei datũ eſt, vt integra legata vel fideicommiſſa præſtet, denegãda erit actio legati,[i] ſi lege Falcidia vti mallet.

LXXVI. GAIVS *libro tertio de de legatis ad Edictum Bratoris.*

ID autẽ quod conditionis implendæ cauſa vel à coherede vel à legatario vel à ſtatulibero datur, ĩ Falcidia nõ imputatur:[k] quia mortis cauſa capitur.[l] Sanè ſi à ſtatulibero peculiares nũmos accipiat, pro ſua parte[m] quadrã- C ti eos imputare debet: quia pro ea parte non mortis cauſa capere, ſed hereditario iure eos habere intellegitur. Qua ratione placuit, legata quæ legatarij nõ capiunt, cum apud heredes ſubſederint, hereditario iure apud eos remanere intellegi, & ideò quadranti imputanda: nec quidquã intereſſe, vtrum ſtatim ab initio legatum non ſit: an quod legatũ eſt, remanſerit.[n]

D Ratio legis Falcidiæ in ſingulis heredibus locũ habet: ideò vnus detrahit illam ſi eſt grauatus, licèt alter nihil detrahat: & ſi portio non grauata accedit grauatę, prodeſt legatariis: ſecus econtra. h.d. cum.l. ſeq. Alexand.

LXXAII. IDEM *libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.*

IN ſingulis heredibus rationẽ legis Falcidiæ componendam eſſe non dubitatur: & ideò ſi Titio & Seio heredibus inſtitutis, ſemis[o] hereditatis Titij exhau- E ſtus eſt, Seio autem quadrans totorum bonorum relictus[p] ſit: cõpetit[q] Titio beneficium legis Falcidiæ.

LXXVIII. IDEM *libro tertio de legatis ad Edictum Prætoris Vrbani.*

QVòd ſi alterutro eorum deficiente, alter heres ſolus extiterit: vtrum perinde ratio legis Falcidiæ habenda ſit, ac ſi ſtatim ab initio is ſolus heres inſtitutus eſſet:[r] an ſingularum portionum ſeparatim cauſæ ſpectandæ ſunt? Et placet,

---

a *Purè debeatur.* ſcilicet id quod valet ſpecies.

b *Reddat.* id eſt det: vt. j. de verb. ſigni. l. verbum reddendi.

c *Redduntur.* id eſt dantur.

d *Intelligendum eſt.* ſtatim enim peti poſſunt pura legata. & hoc idem eſt in conditionalibus exiſtente conditione eorum. ergo ſecundùm hoc interim debet purum legatum conditionale vel in diẽ excedere in eo quod nomine Falcidiæ præſtandum eſt, in quãtum excedit emolumẽtum: vt. j. eo. l. qui quadringenta. Azo.

e *Vſuris.* non enim vſuræ vel fructus computantur in Falcidiam heredi, licèt hoc quidam dixerunt, malè intelligentes legem quæ eſt. j. eod. l. qui quadringenta. §. fin. & ibidem not. Accurſius.

f *Detrahitur.* in tribus caſibus non ſic contribuuntur legata, & duo not. s. eo. l. Neſennius. §. j. tertius. s. ſi quis omiſ. cau. teſta. l. quia autem. Azo. & facit inſti. eo. in fin. & s. e. Plautius. & l. pœnales. §. annua.

g QVod autem. *Legatorum.* id eſt prælegatorum. & facit. s. e. l. Neſennius. &. j. ad Trebel. l. deducta. §. nũmis.

h SEd ſi. *Legatum.* id eſt prælegatũ eſt à coherede. & continua l. ſequen. cum iſta.

i *Legati.* id eſt prælegati. Accurſius.

k ID autem. *Non imputatur.* imò videtur imputari: vt ſupra de in offic. teſta. l. Papinian⁹. §. ſi conditioni. contra. Solu. ſecũdum Azo. hîc in quarta iure inſtitutionis, ibi iure naturæ. vel dic vt ibi. Item arg. contra. s. eod. l. ſi pupillus. ſed ibi vt debitum magis accipit heres. & facit. C. fami. erciſcun. l. filium.

l *Capitur.* non hereditario iure. ad quod. s. l. proxi. Accurſius.

m *Pro ſua parte.* id eſt pro eo quod accipit: & totum quod accipit, videtur accipere ſcilicet iure hereditario, licèt in ſpecie contra: vt. s. de le. ij. l. cùm pater. in princ. ſecundum Ir.

n *Remanſerit.* facit. s. eo. l. ex aſſe. & l. non eſt. & l. ſeq.

IN *ſingulis.*] CASVS. inſtitui mihi heredẽ Titium & Seium: & à Titio reliqui tot legata quibuſdam, quòd exhauſit ſemiſſem hereditatis meæ in qua inſtitueram eũdem Titium: ita quod non remaneret dicto Titio quarto dicti ſemiſſis ſolutis dictis legatis. à Seio autẽ reliqui ſimiliter legata: ſed non tot quin remaneret ei integer quadrans totorum bonorum quę ſunt in ſua parte, id eſt ſemis in quo fuit inſtitutus. certè competit Titio beneficium l. Falcid. & non Seio: quia non eſt ei neceſſe. nam nõ dubitatur rationem Falci. compenſandam eſſe in ſingulis heredibus. & hæc vera ſunt quando Titi⁹ & Seius adiuit hereditatem. ſed ſi altero eorum non adeunte, alter heres ſolus extiterit: nunquid perinde ratio l. Falci. habenda ſit ac ſi ſtatim ab initio is ſolus qui adiuit, heres inſtitutus eſſet? an ſunt ſpectãdæ ſeparatim cauſæ ſingularum portionum, id eſt portiõis Titij & portionis Seij quas ambas habet ille eorum ſolus qui adiuit? ſcilicet vt in qualibet dictarum portionum per ſe habeatur ratio leg. Fal? & certè ſi Seij pars legatis exhauſta ſit q heres extiterit alio non adeunte, adiuuabuntur legatarij per deficientem partem nõ grauatam: quia ea pars deficiens nõ eſt legatis onerata & eſt ratio quare debeant iuuari legatarij per partẽ non grauatã: quia & legata quę apud heredẽ remanent aliqua de cauſa, ita qđ nõ ſoluuntur aliquibus legatariis, efficiunt vt cæteris legatariis aut nihil aut minus detrahatur nomine Falci. eadẽ ergo ratione portio coheredis non grauata & defecta debet facere vt legatis relictis ab eo q ſol⁹ extitit heres, aut ninil aut minus detrahat nomine Falc. ſi verò defecta ſiue nõ adita pars fuerit exhauſta legatis, perinde in ea ponenda eſt ratio legis. Falcid. atque ſi ad eũ ipſum pertineret, à quo defecta fieret. fecit enim eã defectam, ex eo quod eã non adiuit. quo caſu ſi ad eum ipſum pertineret, ſine dubio ponẽda eſſet in ea ratio leg. Falcid. vt dictum eſt. & hoc dicit cum. l. ſequen. Viuianus.

o *ſemis.* id eſt pars Titij eſt exhauſta. Accur.

p *Relictus.* id eſt remãſit, id eſt tres vnciæ. & ſic ſuus ſemis nõ eſt exhauſtus.

q *Competit.* vt inſt. eo. §. fin. & s. e. l. in ratione. j. §. ſi filio. Sed cõtra. j. tit. j. l. j. §. Marcellus. Solu. vt ibi. Accur.

r QVòd ſi alterutro. *Inſtitutus eſſe.* & ſic in

---

* Anto. Aug. lib. 2. emen. ca. 2.

† In vulgata editione, nõ eſt initium legis ſed §. ſuperioris. Ant. Aug. li. 3. c. 1.

† Collige ex hoc text. nõ detrahi neceſſaria: maximè pro funere impenſa. Bart. in. l. 2. § de impẽſa in fi s. eo. titu. & per Ange. ibidẽ.

Inſti. e. §. & cum quæſitum.

ſic in caſu noſtro,ſcilicet ſuperioris.l.nõ eſſet locus Falcidiæ, cùm quartam haberet.

a *Onerata*. pars deficientis.Accurſius.

b *Detrahatur*. vt.ſ.eo.l.id autem.in fi.ergo à ſimili portio coheredis defecta debet facere vt legata ab eo relicta qui ſolus heres extitit, in totum petantur ſecundum Ioan.

ſi eius pars legatis exhauſta ſit, qui heres extiterit,adiuuari legatarios per deficientem partem, quia ea non eſt legatis onerata:[a] quia & legata quæ apud heredẽ remanent,efficiunt vt cæteris legatariis aut nihil aut minus detrahatur.[b] Si verò defecta pars fuerit exhauſta,[c] perinde in ea ponendam rationem legis Falcidiæ,atque ſi ad eum ipſum pertineret,à quo defecta[d] fieret.

Augmentũ vel deminutio bonorũ cõtingens penes pupillũ,nõ minuit nec auget legata relicta à pupillo vel à ſubſtituto:& omniũ legatorum fit contributio. Alex.

LXXIX. IDEM *libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.*

IN duplicibus[e] teſtamentis ſiue de patrimonio[f] quęramus, ea ſola ſubſtãtia ſpectatur, quam pater cùm moreretur habuerit.

c *Exhauſta*. hoc idem ſi ex pupillari ſubſtitutione coheres pupilli pupillo heres extiterit. nam quæ relicta ſunt à pupillo, non augentur propter partem coheredis ſuccedentis: vt.ſ. eo.l.in ratione.j.§.quæſitum. ſed relicta in inſtitutione ab herede ſuccedente,augẽtur: vt infra eod. l. qui fundum. §.fina.&.§.qui filium. ſi autem ex vulgari ſubſtitutione quis ſui coheredis partem vindicat, indiſtinctè augentur legata, ſiue pars nefecta fuerit oneroſa,& augetur per non defectam: ſiue non defecta augetur per defectam: vt ſit omnium legatorum cõtributio:vt.j. eod.l. qui fundum.§. qui filium.j. reſpon. niſi teſtator ab vno reliquerit nominatim legata vt non præſtarentur ab alio:vt probatur.ſ.eo.l.j.§.interdum.in fi.§.&.ſ.de leg.j.l.licet.Et no.quod licèt legata relicta à pupillo inſtituto herede non augeantur propter partem ſuccedẽtis pupillariter,vt dixi:tamen augentur ea quæ à ſubſtituto in pupillari ſubſtitutione ſunt relicta.in hoc enim differt coheres ab extraneo:vt.ſ.de vulga.ſubſtit.l.coheredi.§.coheres.&.ſ.eo.l.in ratione.§.fi.Azo.

d *Defecta fieret*. in Trebellianica quarta eſſe videtur:vt.C. ad Trebel.l.non iuſtam.in fi.Vel ibi non poterat retinere, ſicut nec inſtituta:quia fuerat coacta.& facit.ſ.eo.l.j.§.ſi coheredis.&.l. in ratione.§.pe.&.l.ſi pupillus.§.fina.Accurſius.

IN *duplicibus*.] CASVS. Filium meum Titium impuberem inſtitui mihi heredem:& ab eo legata reliqui : & ei meo filio feci alium heredem, id eſt ſubſtitui ei Seium pupillariter.& ab eodem ſubſtituto legata quibuſdã reliqui,& deceſſi.tractatur nunc de lege Falcidia circa hereditatẽ meã.Et circa hoc poteſt quæri de duobus:ſcilicet de ſubſtantia patrimonij mei,& de contributione legatorum relictorum ab impubere, & ab eius herede, ſiue à ſubſtituto eius.In primo caſu inſpicitur id quod ego teſtator mortis tẽpore in bonis habebam : vt ſecundum illam inſpectionem videatur an ſit locus legi Falcidiæ.vel non.nec ad rem pertinet ſi poſtea adquiſita ſint bona dicto meo filio impuberi, vel ecõtrario deminui de bonis meis:quia ſemper inſpicietur illud quod erat in bonis tẽpore mortis meæ.In ſecundo caſu , ſcilicet cum de contributione legatorum quæritur viuo dicto meo filio impubere à quo impubere petunt legata illi legatarij quibus ab eo impubere legaui : cõtribuuntur in vnum tam ea legata quæ in primis tabulis relicta ſunt per me à dicto impubere,quàm ea quæ in ſecundis tabulis relicta ſunt per me à dicto ſubſtituto impuberis, ſcilicet vt appareat quãtũ ab impubere in patris tabulis ſit relictũ, & per cõſequens ſciatur vtrum nunc habeat in eis locum Falcidia,vel nõ: & ſi quidem in eis habeat locum Falcidia,defalcentur.Si autem non habeat locum in eis Falcidia,ſoluantur integra legatariis per impuberem,& eius tutorem:& legatarij caueant de reſtituendo quidquid apparuerit eos accepiſſe vltra quàm liceret eis accipere per legem Falcidiã.apparuerit dico adueniẽte conditione tacita legatorum à dicto ſubſtituto relictorũ,id eſt mortuo impubere in pupillari ætate.ita enim talis,vt dictum eſt,debet fieri dicta contributio:ſcilicet cum reliqui legata ab herede filij mei,id eſt à dicto eius ſubſtituto ſicut fieret ſi ab impubere vel alio meo herede reliquiſſem quædam legata purè,& reliquiſſem ab eodem quædam legata ſub alia cõditione quàm fuit conditio legatorũ à dicto ſubſtituto relictorum : puta ſub conditione,ſi nauis ex Aſia venerit. bene enim fuerunt data legata à dicto ſubſtituto ſub tacita conditione:vt dixi, id eſt, ſi moreretur impubes in pupillari ætate. quo caſu,id eſt ſi à meo herede reliquiſſem legata pure & ſub conditione,ſine dubio deberet interponi dicta cautio per legatarios . non autẽ cõtrahuntur in vnum dicta legata relicta ab impubere & ab eius ſubſtituto vt præſtentur per impuberem legata relicta à ſubſtituto,vel vt per Falcidiam defalcentur dicta legata à ſubſtituto relicta. & hoc vult dicere hæc lex , vt mihi videtur. Viuian.

nec ad rem pertinet,ſi poſt mortem patris filius vel adquiſierit[g] aliquid , vel deminuerit. ſiue de legatis quæramus,[h] tam ea quæ in primis,quàm ea quæ in ſecundis tabulis relicta ſunt , in vnum contribuuntur, tanquam ſi & ea quæ à filij herede reliquiſſet teſtator, à ſuo herede ſub alia conditione legaſſet.[i]

Pupillariter ſubſtitutus grauatus poteſt Falcidiam retinere, licèt alius ſubſtitutus non ſit grauatus.Bartolus.

LXXX. IDEM *libro tertio de legatis ad Edictum Prætoris.*

SI is qui quadringenta in patrimonio habebat , filio impubere herede inſtituto ducenta legauerit , eíque Titium & Seium heredes ſubſtituerit, & à Titio centum legauerit : videamus quid iuris ſit, ſi nondum

e *In duplicibus*. hoc eſt in quo eſt inſtitutio , & pupillaris ſubſtitutio , quæ videntur duo teſtamenta:vt.ſ.de inoffi.teſtamẽto. l. Papinianus. §.ſed nec impuberis.vel quod verius eſt, vnum eſt teſtamentum[a] duarũ hereditatum : vt inſtitu.de pup. ſubſtitu.§. igitur.&.ſ.de vul. ſub.l. patris & filij.

f *De patrimonio*. ſcilicet propter æs alienum ſoluendum : imò propter legata quæ non ſoluuntur niſi prius detracto ære alieno ex bonis quæ heres habuit tempore mortis teſtatoris. ſi verò ad legata nõ habetur reſpectus , ſed ad æs alienum tantùm , illud ex bonis vndecunque & quandocunque ſoluitur à filio herede exiſtente ſuo patri , ſecundum Io.ſed ad primam poſitionem poteſt induci inſtit.de here.quali.& diffe.§.j.Accurſius.

a] Quæro, an teſtator aſſignando bona pluribus dicatur teſtatori vel codicillari: vide ad longũ in.l.quoties.per do. Bald.1. colũ. verſi. quæro an teſtator. C.de here. in & glo.idẽ in verbo,diuidit.

g *Adquiſierit*. ſic.ſ.eo.l.pater.§.fi.Accurſius.

h *Quæramus*. habeat locum Falcidia,vel non:& tunc tempus mortis inſpicitur conſiderata quantitate bonorum quæ erat tempore mortis patris:& conſideratis legatis paterni & pupillaris teſtamẽti:non autem quæ poſtea in vita pupilli ſunt aucta vel minuta,tollit vel inducit Falcid.vt hîc &.ſ.eod.l.in ratione.§.quod vulgo. & facit.j.l.proxi.& quod not.ſ.l.proxi.

i *Legaſſet*. quo caſu fit contributio:vt ſupra eo.l.in ratione.§.quęſitum.in fi.§.

SI *is qui quadringenta*.] CASVS. Gaius habens patrimonium quadringentorum,& habens filium impuberem , inſtituit ſibi heredem dictum ſuum filium,& ab eo quibuſdam ducenta legauit,& eidem ſuo filio ſubſtituit pupillariter Titium & Seium, & à dicto Titio ſubſtituto legauit quibuſdã aliis centum,& deceſſit dictus Gaius,& poſtea deceſſit pupillus in pupillari ætate, nondum ſolutis legatis à ſe relictis:& propterea legata ab impubere relicta, id eſt dicta.cc.vterq; debet ſoluere,id eſt vterque eorũ,id eſt Titius & Seius ſubſtituit.vnde videndũ eſt quid iuris ſit circa.l. Falcid.in perſonis dictorum duorum ſubſtitutorum.& certè ſolus heres ſiue ſubſtitutus Titius prædictus vtetur lege Falcid. nõ autẽ dictus Seius,cum.cc.ex hereditate pupilli ad eum Titium pertineant nomine legatorum:ſcilicet centum debẽt legatarij ex ducentis quæ pupillus debebat eiſdem legatariis:&.c.debet ipſe Titius:quæ ipſe Titius dare iuſſus eſt.itaque deducta quarta per eundem Titium ex vtraq; quantitate,id eſt ex dictis ducentis, habebit idẽ Titius.l. in perſona verò prædicti Seij qui erat vnus de ſubſtitutis, & non erat grauatus in ſecundis tabulis aliquid præſtare,lex Falcidia non interuenit,cum ad eum pertineant.cc.ex hereditate pupilli:& cum ex ducentis quæ à pupillo relicta ſunt, debeat idem Seius nomine legatorum.c.& non plus:& ſic habet medietatem ſuæ partis,nedũ quartam.ſi autem pupillus prædictus ante quam decedat ſoluat ſe relicta,id eſt integra.cc.debent curare tutores eiuſdem pupilli vt caueant legatarij de reſtituendo ſi quid appareat eos accepiſſe vltra quàm eis liceret per legem Falcidiam accipere . appareat dico eo tempore quo dictus Titius ſubſtitutus debet ſoluere. c. à ſe relicta in ſecundis tabulis. ſolùm autem cum vindicabit ſibi locum ſubſtitutio pupillaris,id eſt cũ morietur pupillus in pupillari ætate,committetur hæc ſtipulatio propter prædictum Titium ſubſtitutum ſolùm:quia vindicante ſibi locum ſubſtitutione pupillari, non inuenitur quod poſſit habere idem Titius niſi quartam de.c. à ſe relictis,non autem quartam totius ſuæ partis hereditatis, quæ ſua pars erat ducenta,vt dictum eſt.ſed propter pupillũ prędictum nõ cõmittetur hæc ſtipulatio, cũ nec propter Seium aliũ ſubſtitu-

tum: quia ipſe habet medietatem ſuæ partis, vt dictum eſt. Viuia.

a *Vtrique*. ſubſtituti. Accurſius.

b *Solus*. incipit reſpondere. Accurſius.

c *Cùm enim*. probat quod dixit. Accurſius.

d *Centum*. ſub.&c.c. quæ ipſe &c. ſed certè imò.cc. ab eo fuerunt relicta. Sed dic q̃d detrahitur quod vltra quantitatem bonorum eſt; vt s̃.eo.l. in quantitate.§.fi. & ſic cùm. cc. tantũ habeat de hereditate pupilli: quod vltra grauatur, ꝓ nihilo eſt: ſed de hoc detrahitur Falcidia, vt hîc dicit. Accurſi.

e *Vt caueant legatarij*. ſcilicet reddere quanto plus accipiũt, quàm eis liceat per Falc. quæ ſtipulatio licet pupillo nõ committatur, tamẽ ſubſtituto committitur: vt &.s̃.eo.l.is cui.& facit.j̃.eod.l. repetitur. &.j̃.tit.j.l.j. in princ.&.s̃.eo.l.in ratione.§. quod vulgo. &.s̃. de priuile.cred.l. ſi paterfamiliâs.

*Quædam legata.*] CASVS. Legaui tibi fundũ, viam, vel iter, vel actũ: nunquid ex his legatis poteſt detrahi Falcidia? Et videtur quòd non: quia hæc legata non recipiunt diuiſionem, vnde tota ad legatariũ pertinent. veruntamen heres poteſt ſibi hoc remedio ſuccurrere, ſcilicet vt ex his habeat Falc. vt ſcilicet faciat æſtimari iuſte dicta legata diuiſionem non recipientia, & denuntiet legatario vel legatariis vt inferat legatarius eidem heredi quartam partẽ æſtimationis legati propter Falc. & ſi legatarius non inferat, vtatur heres aduerſus eum legatarium legatum petẽtem exceptione doli mali. & idem dico ſi heres iuſſus eſt facere opus aliquod municipibus Bono. puta balineum, vel theatrum, vel ſtadium. nam & tale legatum videtur indiuiduum: neque heres intelligitur feciſſe aliquod prædictorum trium, niſi ei dederit propriam formam: quæ forma contingit ex conſummatione eiuſdẽ operis. & nomine omnium prædictorũ legatorum omnes & ſinguli heredes inſolidum tenentur. ſecus autẽ eſt ſi legauit vſumfructũ. nam cum diuiſionẽ recipiat, bene poteſt de eo directè Falcidia detrahi: & ideò recipit diuiſionem vſusfructus: vt ſi duobus fuerit legatus, pertineant partes eius ad ſingulos eorum ipſo iure. Quid ſi legaui vxori meæ dotem ſuã quam mihi dederat? Certè non poterit heres de ea detrahere Falc. quia ſuam rem videtur mulier recipere. Sed & ſi legaui vxori meæ quicquid eius cauſa emi, & paraui, expreſſum eſt nominatim in ipſa lege Falci. vt hæ quoque res emptæ & paratæ per me nomine vxoris meæ, eſſent extra modũ legis Fal. ita quod de eis non poſſit detrahi Falc.h.d. cum.l.ſeq. Viuianus.

f *Indiuiduum*. ad hoc.j̃. de verbo. oblig.l. ſtipulationes non diuiduntur.in prin.&.l.iiij.in fi.&.s̃.de ſerui.l.viæ. Accurſius.

g *Stadium*. expone vt inſti.de re.diui.§. vniuerſitatis.

h *Formam*. ſic.j̃.de no.ope.nun.l.ſtipulatio.§.opus.&.j̃.de verb.ſignifi.l.ædificia.§. perfeciſſe. Sed arg.contra.s̃.de auro & argen.leg.l. & ſi non ſunt.§.quid ergo. Accur.

i *Tenentur*. vt.s̃.famil. erciſcun.l.heredes.§. an ea.

k *Denuntiet*. & ſic ſoluit totum proteſtando de æſtimatione.& facit.s̃.eo.l.j.§. ſi vſusfructus.&.§.ſed operis. &.s̃.eo.l. lineam.in fi.& de leg.ij.l. cùm filius. in princ. imò etiam quandoque diuiduum propter indiuiduum æſtimatur: vt.s̃. eod.l. ſi mihi fundus.

ADDITIO. Doctores dicunt contrarium: quia poteſt opponere exceptionem doli. ſed ſi eſſet verum quod dicit iſta glo. conſequitur iure actionis, ſecundùm Bar.

ſolutis legatis pupillus deceſſerit, & ob id ea legata vtrique [a] debent. Solus [b] heres Titius vtetur lege Falcidia. Cùm enim [c] ducenta ex hereditate pupilli ad eum pertineant, ducenta legatorum nomine debet: centum [d] ex ducentis quæ pupillus debebat, centum quæ ipſe dare iuſſus eſt. B Itaque ex vtraq; quãtitate quarta deducta, habebit quinquaginta. In perſona verò Seij lex Falcidia nõ interuenit: cum ad eum ex hereditate pupilli ducẽta pertineant, & debeat legatorum nomine centum ex ducentis quæ à pupillo relicta ſunt. Quòd ſi pupillus ſoluat legata, debent curare tutores pupilli vt caueant legatarij. [e]

Legata indiuidua defalcantur præſtita parte æſtimationis.h.d.

C Quædam legata diuiſionem non recipiunt: vt ecce legatum viæ, itineris, actúſve. ad nullum enim ea res pro parte poteſt pertinere. Sed & ſi opus municipibus heres facere iuſſus eſt, indiuiduum [f] videtur legatum. Neque enim vllum balineum, aut vllum theatrum, aut ſtadium [g] feciſſe intellegitur, qui ei propriam formam, [h] quæ ex cõſummatione contingit, non dederit. Quorum omnium legatorũ nomine, etſi plures heredes ſint, ſinguli in ſolidum tenentur. [i] Hæc itaque legata quæ diuiduitatem non recipiunt, tota ad legatariũ pertinent: ſed poteſt heredi hoc remedio ſuccurri, vt æſtimatione facta legati, denuntiet [k] legatario vt partem æſtimationis inferat. ſi nõ inferat, vtatur aduerſus eum exceptione doli mali.

LXXXI. IDEM *libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.*

SEd vſusfructus [l] *legatus venit in computationem legis Falcidiæ. nam diuiſionem recipit, adeò vt ſi duobus legatus fuerit, ipſo iure ad ſingulos partes pertineant. Dos relegata extra rationem legis Falcidię eſt, [m] ſcilicet quia ſuam rem mulier recipere videtur. Sed & de his quoque rebꝰ quæ mulieris cauſa emptæ paratæ eſſent, [n] vt hæ quoque extra modum legis eſſent, nominatim ipſa Falcidia lege expreſſum eſt. [o]

* Si & vſusfructus legatus ſit, venit &c.

Debitor ſibiipſi in totum dicitur eſſe ſoluendo: ſed quo ad alios æſtimatur ſolummodo quãtum exigi poteſt ab eo, & quantũ reſiduum vẽdi poteſt. Alexand.

A l *SI & vſusfructus*. continuatur ſuperiori. & facit.s̃. eod.l.j.§. ſi vſusfructus.&.s̃.de vſufru.l.v. Accurſius.

m *Falcidiæ eſt*. hoc dic vt.s̃. eod.l. cùm dotem. Sed arg. contra.s̃. de lega.j.l.ſi creditori. in fi. ſed dic vt ibi.

n *Paratæ eſſent*. hoc expone vt.s̃.de leg.ij.l.hoc legatum.&.l.ſeq.

o *Expreſſum eſt*. hoc ideo, quia in eis tenuit donatio vſque ad vires dotis ad ſuſtentandum mulierem. tenuit dico ne poſſit reuocari, vt nõ poſſit peti: vt.s̃.de dona. inter virum & vxo.l. ex annuo. &.l. ſi id quod. §.fin.&.l. ſi ſtipulata. ſecus in aliis donationibus quæ ipſo iure nullæ ſunt: vt.C.eo.l.in donationibus. Accur.

*Quærebatur.*] CASVS. Quamuis hęc lex videatur difficilis, tamen ſi bene inſpiciatur, ſatis erit plana. ponatis ergo ita eius caſum: Titius non habens in bonis niſi quadringenta, quæ debebat ei Gaius: fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem Sempronium: & dicto ſuo debitori legauit liberationem. Seio autem amico ſuo legauit quadringenta, & poſtea deceſſit dictus teſtator. modò quæritur, cùm Falcidia locum habeat in hereditate ſua paupere, quantum quilibet dictorum legatariorum habere debeat, ſiue dictus debitor idẽque legatarius liberationis non eſt in aliquo ſoluendo: ſiue ſit ſoluẽdo in parte tantùm, puta in c. ſiue in totum ſatisfacere poſſit. D & huic quæſtioni non reſpondet nunc, ſed plenè reſpondebit.j̃. eadem.l.§. cùm igitur. & interſerit quædam vſque ad dictum. §. quæ bene faciunt ad ſolutionem dictæ quæſtionis: & dicit quòd lex Falc. quando vindicat ſibi locum in aliquo caſu, tribuit heredi quartam ex eo quod refici poteſt ex hereditate in qua ipſa Falcid. locum habet, & reſiduus dodrans debet diſtribui inter legatarios. & ſi inueniatur in hereditate in qua habet Falcid. locum, & in qua eſt aliud præter nomen, pone aliquis debitor qui pro parte tantùm ſit ſoluendo, & cui liberatio non ſit à teſtatore relicta: eius quod exigi poteſt ab eo, pro rata ſit diſtributio inter heredem & legatarios, ſcilicet vt heres habeat quartam, & legatarij tres partes. de reſiduo autem debiti quod non poteſt facere debitor, eſt facienda venditio: niſi id demum de dicto reſiduo in hereditate computetur, quanti poteſt diſtrahi nomen, id eſt pars nominis in qua non eſt ſoluendo dictus debitor. non autem tantum computetur in hereditate, quãtum continetur in dicta parte E nominis in qua debitor non eſt ſoluendo. ſi verò liberatio ſoli ſit relicta debitori qui non eſt ſoluendo, ipſe ſibi ſoluendo videtur, & quod ad ſe attinet, diues eſt: & ita valet ei legatum liberationis in totum. nam & ſi mortis cauſa accepto feratur ei id quod debet ita ſimpliciter, libero te per acceptilationem de eo quod mihi debes: cum deberet. cccc. ponamus.& nihil facere poſſet: quadringenta videbitur cepiſſe ex dicta acceptilat. mortis cauſa facta: licet nihil facere poſſit. nam ſi ſoli ei liberatio eſt relicta per dictam acceptila. ita quòd alicui alij non fuit aliquid relictum de eo quod ipſe debitor debebat teſtatori, videtur ſenſiſſe plenam liberationem: quãuis nihil facere poſſit de eo quod debebat. & ideò ſi habeat locum lex Falc. debet heres eum liberare in. ccc. per accepti. & reſidua.c. debent durare in obligatione.& ſi quid cœperit poſſe facere, exiget ab eo heres vſque ad.c.tantũ.& idẽ erit dicendum ſi dictus debitor quadringentorum de quo dictum eſt à verſi. ſed cùm debitori &c. vſque huc, ſit expreſsè liberatus per acceptila. de quadringen-

quadringentis quæ debebat ita dicendo ille qui volebat eum liberare, libero te per acceptilationem de.cccc.quæ mihi debes.nam & in hoc caſu quadringenta videtur cepiſſe ex dicta acceptilatione mortis cauſa facta, licèt nihil facere poſſit. & ideo ſi habeat locum lex Falc.debet heres eum liberare in.ccc.per acceptilationem,& reſidua. c. debent durare in obligatione:& ſiquid cœperit poſſe facere, exiget ab eo heres vſque ad,c.tantum. vnde eleganter & bene dicitur acceptilationem aliquo de prædictis modis factam in pendenti fore: vt ſi quidem tempore mortis illius qui liberauit debitorem ſuũ prædictũ per acceptilationem cauſa mortis, inueniãtur in bonis dicti debitoris quadringentorũ integra quadringẽta, valeat acceptilatio in. ccc. &. c. habeat heres de quadringentis.ſi verò aliquid inueniatur in bonis teſtatoris quod ſuppleat heredi quadrantẽ, & cccc.ĩtegra: proficiet dicta acceptilatio debitori.Si autem iſte idem debitor quadringentorũ qui liberatus eſt per acceptilationem, poteſt facere centum tantùm, neceſſe habebit refundere heredi pro quadrãte.& hoc ideò, quia ſibi ſoluendo eſt in quadringentis, licèt nõ poſſit facere niſi centum. Cùm igitur dictus debitor de quo proximè dixi, ſibi ſoluendo ſit, id eſt eſſe præſumatur quantũ ad ſuum præiudicium, licèt in veritate nõ ſit ſoluendo in aliquo vel in c.tantùm, eueniet vt nõ poſſimus ſoluere quæſtionem propoſitam in princ.huius. l. qui caſus fuit talis: Titius non habens in bonis niſi. cccc. quæ debebat ei Gaius: fecit teſtamentum,& inſtituit ſibi heredem Sempronium, & dicto ſuo debitori legauit liberationem, Seio autem amico ſuo legauit.cccc.& poſtea deceſſit dictus Titius teſtator vnde quæſitum fuit in princ.huius.l. quantum quilibet legatariorum prædictorum habere debeat Falcidia locum habente, ſiue dictus debitor quadringentorum eſt in totum ſoluendo, ſiue in parte puta in.c.ſiue in nihilo.& dicit quòd ſi dictus debitor eſt ſoluendo in dictis quadringentis totis, heres debet habere de eis.c. pro quarta ſua ſiue Falcidia, &. ccc. debent diuidi inter dictum debitor & Seium cui legata fuerunt quadringenta, ſcilicet vt quilibet eorũ habeat.c,quinquaginta. Si verò debitor prædictus poſſit facere partẽ de quadringentis, puta centum tantum, heredi ſeruanda eſt quarta ex refecto, id eſt ex eo quod à dicto debitore ſeruari poteſt, id eſt ex dictis.c.& tres partes de dictis.c.id eſt ſeptuagintaquĩque debet habere Seius, cui legata ſunt quadringenta. iudex ergo faciet vt cẽtum quæ præſtare poteſt debitor, diuidantur in quatuor partes, & tres partes de illis quatuor partibus factis de centum prædictis, debent habere legatarij, id eſt Seius legatarius cui fuerunt legata.cccc heres autem debet habere quartam partem de dictis centum, id eſt xxv.Debitor autem prædictus qui ſoluendo non eſt niſi in c,debet compenſare ſecum centum quinquaginta de illis trecentis in quibus non eſt ſoluendo, de reſiduis autẽ.c.quinquaginta de dictis trecentis quæ exigi non poſſunt à dicto debitore, debet fieri venditio nominis:& illud quid accipietur ex venditione dicti nominis de.c quinquaginta, repræſentatur heredi, & dicto Seio legatario quadringentorum, quaſi ſolùm in bonis fuerit: puta de dicto nomine de.c.quinquaginta accepta fuerunt per venditionem.l.tantùm.illa A certè quinquaginta tantùm repræſentantur heredi & Seio legatario:& non cẽtum ſũperflua, ſcilicet vt de illis quinquaginta habeat heres quartam,& dictus Seius legatarius tres partes.illa enim quinquaginta ſola videntur eſſe in bonis,& non centum ſuperflua. Si autem nihil poteſt facere dictus debitor in cẽtum quinquagĩta, ſicut & in caſu ſuperiori, dictum eſt eum liberandum:de reſiduo autem id eſt de ducentis quinquaginta faciẽda eſt nominis venditio:vt de eo quod ex venditione redigetur, habeat heres quartam: & dictus Seius legatarius quadringentorum tres partes.& id quod redigetur ex dicta venditione nominis, repræſentatur dicto heredi & dicto legatario Seio: quaſi ſolùm in bonis fuerit, vt dictum eſt in ſuperiori proximo caſu & hoc vult dicere hæc lex, ſicut mihi videtur.

LXXXI. VLPIANVS *libro octauo Diſputationum.*

QVærebatur, [a] cum is qui ſolùm in nomine quadringenta in bonis habebat, ipſi debitori liberationem, Seio autem quadringenta legauerit:ſi debitor vel ſoluendo non ſit, vel centum facere poſſit: quantum quiſque habere interuentu legis Falcidiæ. Dicebam legem Falcidiam ex eo quod refici [b] ex hereditate poteſt quartam heredi tribuere: reſiduũ dodrantem inter legatarios diſtribuere. Quare cùm nomen minus ſoluendo eſt in hereditate: eius quod exigi poteſt, pro rata fit diſtributio: reſidui venditio [c] facienda eſt, vt id demum in hereditate computetur, quanti nomen diſtrahi poteſt. Sed cùm debitori [d] liberatio relinquitur, ipſe ſibi ſoluendo videtur, & quod ad ſe attinet, diues eſt: [e] quippe ſi ei mortis [f] cauſa accepto feratur id quod debet, quadringenta cepiſſe videbitur: licet nihil facere poſſit. ſenſiſſe [g] enim liberationem plenam videtur, quamuis nihil facere poſſit ſi ſoli [h] ei liberatio relicta eſt: & ideò Falcidia interueniente, trecenta accepto illi ferri [i] debent: reſidua centum durabunt in obligationem. & ſi quidem facere poſſe cœperit, exigentur ab eo duntaxat vſque ad centum. Idémque erit [k] dicendum & ſi mortis cauſa accepto ei [l] quadringenta ferantur. Vnde eleganter dicitur, acceptilationem in pendenti [m] fore: vt ſi quidem mortis tempore quadringenta tota inueniantur, [n] in trecenta valeat acceptilatio. ſi verò præterea [o] aliquid inueniatur quod quadrantem ſuppleat: heredi in quadringenta acceptilaB tio proficiet. Quòd ſi debitor iſte quadringentorum duntaxat centum facere poteſt: quia ſibi ſoluendo eſt, neceſſe habebit centum refundere. [p] Cùm igitur [q] debitor [r] ſibi ſoluendo ſit, eueniet vt ſi herede aliquo inſtituto, ipſi debitori liberatio, & alij quadringenta legata ſint: ſi quidem ſoluendo ſit debitor, centũ quinquaginta ex trecentis retineat: alia centum quinquaginta legatario præſtentur: heres centum haC beat. ſin verò centum tantùm facere poſſit, heredi ex refecto [ſ] quarta ſeruanda eſt. ſic fiet, vt centum quæ præſtari poſſunt, in quatuor partes diuidantur * tres partes [t] ferant legatarij: heres viginti quinque habeat debitor qui ſoluendo non eſt, ſecum centum quinquaginta compenſet: [u] de reſiduis centũ quinquaginta quæ exigi non poſſunt, venditio fiet nominis: idque quaſi ſolum in bonis [x] fuerit, repræſentatur. [y] *
Quòd ſi nihil facere debitor poD teſt, æquè in centum quinquaginta accepto liberandus eſt: de reſiduo venditionẽ nominis faciẽdi.

[a] *Quærebatur.* duos caſus principaliter ponit, licet reſponſa ſint plura ſcilicet quando debitori liberatio,& idem debitum alij: ſecundo quã do ſoli debitori liberatio relinquitur. Acc.

[b] *Refici.* id eſt colligi vel haberi ex nomine hereditario, cùm nihil aliud ſit in hereditate. Accurſius.

[c] *Venditio.* facit. ſ.eo.l. in quantitate.§.magna.

[d] *Debitori.* ſoli.vt.j. patet.Accurſius.

[e] *Diues eſt.* ſic. ſ.eodẽ l. Neſennius §.fi.& l.j.§.ſi creditur.&.ſ.de libe.le. l.ſi quis reum.§. huic. Sed arg.contra.ſ. de reli. & ſump. fu.l. ſic pro rata.§. fi. ADDITIO. Dic ſecundùm Bartolũ quod hîc agitur de aliquo liberando: ibi de aliquo exigendo.

[f] *Si ei mortis.* ſupra titu.legati, hîc donationis cauſa mortis.

[g] *Senſiſſe.* redit ad legata.

[h] *Soli.* quia ſecus ſi vtrique reo debendi liberatio eſt relicta. Azo. & alter eſt ſoluendo,& alter non:vt.j.ea.l.colligitur.

[i] *Ferri.* aliàs fieri:& ita in libro domini Accurſij.

[k] *Idémque erit.* redit ad donationẽ.& dic idẽ quod dixi in legato.

[l] *Ei.* debitori à teſtatore ſcilicet.nam in hoc differt à legato quod ab herede datur:vt inſti.de lega.§,j.Accurſius.

[m] *In pendenti.* ſic.ſ.de dona.inter vi.& vxo.l.cùm hic ſtatus.§.ſin auE tem.& dic acceptilationem, ſcilicet mortis cauſa factam.

[n] *Inueniantur.* & nihil amplius.

[o] *Præterea.* ſcilicet vltra quadringenta.

[p] *Refundere.* occaſione Falcidiæ.

[q] *Cum igitur.* redire vult ad primum caſum legis.

[r] *Debitor.* ſcilicet inſolidum.

[ſ] *Ex refecto.* id eſt ex eo quod poteſt haberi ex nomine. quod ſtatim aperit, ſic fiet.

[t] *Tres partes.* nec caput libri, nec lex, nec.§. eſt hic, ſed eſt pars legis ſuperioris.ſed ideo ſic fuit reſecata, quia per partes ſic fuit liber inuentus.dic ergo tres partes deductis.c.ſcilicet.lxxv. & dic legatarij, id eſt legatarius, vt.ſ.poſuit,& ſtatim patet. Accurſius.

[u] *Compenſet.* & ſic habet totum ſuum legatum,& alius non: ſed hoc habere eſt quaſi non habere: nec eſt nociuum alij,

[x] *In bonis.* id eſt ex dicta venditione nominis.

[y] *Repræſentetur.* id eſt accipiatur, & diuidatur inter heredem, &

* Hucuſque vetuſtiſſimũ Infortiatum perueniebat Nam in verbo TRES PARTES initium fiebat alterius breuis voluminis, vt indicant veteres manu. ſcripti in quibus ea pars alia manu & membrana poſtea ſcripta addita eſt.

* Repræſentetur.

inter dictum alium legatarium:& de hoc nihil dubitur.

A SI creditor.] CASVS. Tu Titius habebas filium habentem in peculio centum.hic tuus filius contraxit cum Seio,& factus eſt debitor in. c. vnde tu pater teneris dicto creditori de dicto peculio filij tui. poſtea dictus creditor inſtituit te heredem, & multa legata reliquit à te quibuſdam vltra dodrantem hæreditatis ſuæ:ita quòd habet locum Falcid. & poſtea deceſſit dictus Seius creditor:& tu incontinenti adiuiſti hereditatẽ eius. modò veniunt legatarij eius, & petunt à te legata. & tu vis ponere cũ eis rationem legis Falcid. & detrahere de legatis quadrãtẽ. certè dicitur quòd prius debes tibi computare in dictum quadrantem quantitatẽ dicti peculij filij tui q̃ fuit in eo peculio eo tẽpore quo adiuiſti hereditatem dicti creditoris filij tui. videtur enim eſſe de bonis dicti creditoris dictum peculiũ, cùm ipſe haberet actionem contra te, vt ei ſatisfaceret de credito ſuo in dicto peculio: & creditum erat centum, & peculium centum,vt dictum eſt. & poſtea ſi quid deeſt tibi ad quadrantem dicti creditoris,illud detrahet de legatis à dicto creditore relictis. Viuianus.

Neratius ait. quod & nos probamus.

Si debitor peculiaris ſcribitur heres: in imponenda ratione legis Falcidiæ habetur ratio quanti plurimi fuit à tempore mortis teſtatoris, vel aditæ hereditatis. Bartolus.

LXXXIII. IVLIANVS *libro duodecimo Digeſtorum.*

B SI creditor filij tui heredem te inſtituerit,& legis Falcidiæ rationem ponas: peculij quantitas quod aditæ hereditatis[a] tempore fuiſſet, in quadrantem tibi imputabitur.

Si propter negligentiam tutoris pupillus non ſenſit damnum, ſed ſentire incipiebat heres eius: incipit heredi competere actio tutelæ, quæ nunquam competiit defuncto. Alexand.

LXXXIIII. IDEM *libro tertiodecimo Digeſtorum.*

C REperitur caſus[b] quo heres agere poteſt, quamuis teſtator[c] agere non potuerit: veluti ſi tutor cum ſolueret legata, nõ interpoſuerit ſtipulationẽ,[d] quãto plus quàm per legem Falcidiam capi licuerit,[e] ſolutum fuerit, reddi. pupillus quidem eo nomine tutelæ non agit,[f] ſed heredi eius hoc quoque nomine tutor obligatus erit.

LXXXV. IDEM *libro octauodecimo Digeſtorum.*

SI dos ſocero data eſt,& ſolus filius heres patri extitiſſet: dotem confeſtim in computatione hereditatis,& Falcidiæ rationem in ęre alieno deducet. aliter enim videbitur indotatã vxorem habere. Quòd ſi filius extraneũ coheredem habeat: ipſe quidem ſemper pro qua parte patri heres erit, dotem in ære alieno deducet:& coheres eius, antequã dos à filio præcipiatur.[g]

Prælegata non veniunt in fideicom. quando quis primò rogat, ſecundò prælegat. Item qui quartam detrahit de voluntate defuncti, quartam hereditatis ſibi computat: aliàs totam hereditariam partem. Bartolus.

LXXXVI. IDEM *libro quadrageſimo Digeſtorum.*

a *Aditæ hereditatis.* imò mortis:vt.ſ. de pecu.l.eo tempore.§ ſi creditor.quæ eſt contra. Solu.ibi tempore mortis,& aditæ hereditatis idem eſt:quia filius erat heres,qui protinus mortuo teſtatore eſt heres:vt inſtitu. de hered, qua.& diff.§.ſui.hic eſt extraneus heres ſecundum Bul. Vel ſecundum Io.ibi eadem quãtitas fuit tempore mortis vel aditionis. Vel tertiò id tempus inſpicitur quod plus proficit legatariis, id eſt quo plus eſt in peculio,vel mortis vel aditionis tempore:vt.ſ.eo.l. cum quo.Accurſius.

D REperitur.] CASVS. Filium meum impuberem mihi heredem inſtitui,& ei pupillariter ſubſtitui Titium:& ita feci teſtamẽtum:ipſe tamen impubes quodammodo dicitur teſtator in illa pupillari ſubſtitutione quam ei feci.Item reliqui à dicto impubere multa legata quibuſdam.Item dedi ei tutorem Sempronium. Itẽ & à dicto ſubſtituto multa legata reliqui aliis quibuſdam:& taliter legata reliqui ab impubere & ab eius ſubſtituto,q̃ ſi omnia debeãt ſolui,habet locum Falcidia.ſi autem debeant ſolui legata tantum ab impubere relicta,nõ habet locũ Falci. debent autẽ ſolui omnia per ſubſtitutum impubere in pupillari ætate decedente, & ſic ſubſtitutione locum habente:vt ſupra eo.l.is cui.& poſtea deceſſi. poſtea venerunt legatarij prædicti,& petierunt legata à dicto tutore: & tutor ſoluit eis:& non fecit eos ſibi tutori promittere de reddẽdo quantum poſtea apparuerit plus eis ſolutum nomine legatorũ quàm licuerit per eos legatarios capi per.l.Falcid.poſtea locum habentem,ideò quia vindicabat ſibi locum ſubſtitutio pupillaris.modo quæritur,an dictus impubes poſſit agere contra tutorem propter hoc?Et dicitur quòd non:quia vt dictum eſt, eo viuente non habet locum Falcidia:& ita cùm non habeat damnum propter dictam omiſſionem tutoris, non poteſt agere contra eum. mortuo autem dicto impubere in pupillari ætate, ſicq; locum habẽte ſubſtitutione,& ita ſubſtituto neceſſitatem habente ſoluere legata relicta ab impubere,& à ſe,ſicq; locum Falcidia habente,agere poterit ſubſtitutus qui eſt heres impuberis,contra dictum tutorem, ex eo q̃ dictus tutor omiſit facere interponi dictam promiſſionem cum ſoluit legata.& ſic eſt iſte caſus quo heres agere poteſt, quãuis teſtator non potuerit. Viuianus.

b *Reperitur caſus.* ſpecialis. ſic & ſupra de euic. l.ſi per imprudentiam.§.non mirum.ſed regulariter contra: vt infra de regu. iur.l. heredem.

c *Teſtator.* id eſt prædeceſſor.

d *Stipulationem.* hanc ſcilicet,quanto.Accurſius.

e *Licuerit.* legatario.Azo.

f *Non agit.* cùm eo viuo Falci.non habeat locum. alioquin & ipſe agit:vt infra titu.j. l.j. Sed nonne mortis tempore Falcid. detrahitur? Reſpon. ſic regulariter: ſed quandoque fallit:vt quia conditionalis debiti ab heredi tate extitit conditio : vt ſupra eo.l.in quantitate.§.magis.&.§. ſed & ſi legata.Accur.

SI dos ſocero.] CASVS. Titia nupſit filio meo Seio: & mihi ſocero dedit in dotem c.& ſic ego teneor dotem reſtituere in caſum reſtituendæ dotis: vt & ſupra ſolu.mat.l.ſi cũ dotem.§. tranſgrediamur. poſtea feci teſtamẽtum & dictum meum filiũ inſtitui mihi ſolum heredem ,& ab eo multa legata reliqui etiam vltra dodrantem hereditatis meæ ſicq; habere debet locum Falcid. & poſtea deceſſi.poſtea petierunt legatarij legata à dicto meo filio:& ipſe reſpondit eis quòd volebat detrahere Falcid. de legatis,& habere antẽ partem dotem dictæ vxoris ſuæ prædictæ. quæritur,nunquid poſſit hoc facere?Et dicitur quòd ſic: quia ſi oporteret eum ſibi computare in quadrantem dictam dotem , videretur indotatam habere vxorem ſuam:quod eſſe non debet. Si autem retento eodem caſu inſtitui mihi heredem dictum filium,& quendam extraneum,ipſe quidem filius meus ſemper dotem in ære alieno deducet, ſcilicet pro ea parte qua heres mihi extitit:quia pro ea parte habere debet dotem:licet in iudicio familiæ erciſcundæ modò cum herede ſuo debeat habere totam.coheres etiam eiuſdem mei filij deducet dictam dotem in ære alieno cum legatario,ſcilicet pro ea parte qua heres mihi extitit.& hoc antequam dictus meus filius percipiat dictam dotem.nam poſtquam filius meus percepit dictam dotẽ, non eſt quod heres poſſit deducere de dicta dote in ære alieno. Viuianus.

g *Præcipiatur.* ſi enim filius à coherede dotis partem percepiſſet, ipſo iure liberatus eſſet coheres.Azo.& facit. C.fami. erciſcun l.ij. &.ſ.fami.erciſcun.l.ſi filia.§.j.&.l.ſi maritus,& de iur.do.l.ſi is.§.j. & de do.prælega.l.iij.§.j.in fine.

TItia teſtamento.] CASVS. Titia habens fratrem Titium inſtituit eum ſibi heredem in tertia parte hereditatis ſuæ,& in alia tertia Secundam,& in alia Proculam : & commiſit fidei dicti ſui fratris,vt dictam ſuam partem hereditatis,id eſt tertiam dictæ Secundæ & Proculæ coheredibus ſuis reſtitueret retẽta ſibi quarta parte dictæ ſuæ partis . poſtea eadem Titia prælegauit duo pone pro Secũda eidem fratri ſuo:quod quidem legatum valuit quo

E ad partes coheredum,non quo ad ſuam:quia ſibi à ſemetipſo legari non potuit:vt.ſ.de lega.j.l. legatum eſt delibatio. §.j. vnde ſuam partem dicti legati debet habere iure hereditario:partes autem coheredum iure prælegati.& poſtea deceſſit dicta Titia veniunt Secunda & Procula,& petunt à dicto Titio ſuam partem hereditatis Titij, id eſt tertiam hereditatis Titiæ, id eſt quatuor vncias. dicit Titius: Bene volo vobis reſtituere, retenta tamen quarta Trebellianica, id eſt vna vncia ſicut teſtatrix dixit. dicit Secunda & Procula, placet nobis : ſed nos volumus quòd computes tibi in dicta quarta partem tuam dictorum prædiorum tibi prælegatorum,quæ eſt quatuor vnciæ eorundem prædiorum : quam quidẽ tuam partem prędiorum habuiſti iure hereditario:& ita nolumus quòd prædia quæ tibi prælegata ſunt, integra retinere debeas etiam pro ea parte hereditatis quam rogatus fuiſti nobis reſtituere, id eſt pro tertia . nam tua pars hereditatis fuit tertia hereditatis: id eſt

Titia † teſtamẽto ſuo Titium fratrem ſuũ ex parte tertia [a] heredem inſtituit, fideique eius cõmiſit vt hereditatem retenta quarta parte [b] Secundæ & Proculæ reſtituat. eadẽ fratri quædã prædia prælegauit. Quæro an Titius ea quę prẹlegata ſunt, etiã pro ea parte [c] hereditatis quam rogat⁹ eſt reſtituere, an integra [d] retinere debeat. Reſpondi, Titiũ legata integra retinere debere: [e] ſed in partem quartam imputari oportere duodecimam [f] partem prẹdiorũ: ſed ſi non eſſet adiectũ, vt pars quarta deduceretur, totũ trientem [g] prædiorũ legi Falcidiæ [h] imputari oportere: quoniã contra ſententiam [i] matrisfamiliæ lex Falcidia induceretur. [k]

Quod pretij nomine capitur, non videtur legatum, ſed iure hereditario capi. Bartolus.

LXXXVII. IDEM *libro ſexagenſimoprimo Digeſtorum.*

Qvi fundum ſolum in bonis centum relinquebat, ſi heredem ſuum damnauerit, vt eum quinquaginta Titio venderet, non eſt exiſtimandus amplius quàm quinquaginta legaſſe. ideóq; lex Falcidia locum non habet. [l] Item is qui duos fundos in bonis centum [m] habe- B ret, ſi me & Titium heredes inſtituiſſet, & damnaſſet me vt Titio fundum Cornelianum quinquaginta venderem, & contra Titium damnaſſet vt mihi fundum Seianũ quinquaginta [n] venderet: non animaduerto quemadmodum lex Falcidia locũ habere poſſit: cum vterque heredum vnius [o] fundi partem dimidiam hereditario iure habiturus ſit, in qua pars dimidia hereditatis [p] eſt. Nam certè qui damna- C tus eſt fundum Cornelianũ vendere, Seiani fundi [q] partem hereditario [r] iure habet. Item qui

id eſt non ſolum iure prælegati volumus quòd retineas integra dicta prædia, ſed etiam loco partis hereditatis quam nobis fuiſti rogatus reſtituere: ita ſcilicet vt non detrahas aliquam quartam de dicta tua hereditatis parte. dicit dictus Titius; In vno conſentio vobis de iis quæ dicis: quia bene volo integra mihi retinere prædia: ſed in quartam meę partis hereditatis, quã partem debeo vobis reſtituere, nolo mihi imputare totam partem meam prædiorum quæ eſt quatuor vnciæ eorundem prædiorũ: quã quidem meam partem prædiorum habui iure hereditario: ſed ſolummodo duodecimã partem dictorum prædiorum volo mihi imputare in dictã quartam. & ſi tantũ erit duodecima pars prædiorum. i. vna vncia prædiorum, quãtum capit dicta quarta meæ partis hereditatis, quæ quidem quarta eſt vna vncia totius hereditatis Titiæ ſororis meæ, bene erit. ſi autem non capiat tantũ dicta duodecima pars prædiorũ quantum dicta quarta, volo ſupplere mihi dictam quartam ex parte mea hereditatis quã vobis debeo reſtituere. nã non debeo eſſe deterioris cõditionis in hoc caſu cùm fuerunt mihi prædia prælegata, quàm eſſem ſi cuidã quarto legata fuiſſent: quo quidem caſu non retinerem nomine Falc. niſi duodecimam prædiorum, id eſt quartã meæ partis prædiorũ. nam tres ſumus coheredes, & quilibet noſtrũ habet quatuor vncias in prædiis iure hereditario. modò quæritur, cuius dictum debeat obtinere? & dicitur quòd dictum Titij, & non dictum coheredum ſuarum. Sed quid ſi dicta Titia teſtatrix non dixit vt Titius retineret ſibi quartam partem ſuæ partis hereditatis, cùm dictam ſuam partem hereditatis reſtitueret coheredibus ſuis prædictis? nunquid totus dictus triens prædiorum quem habet dictus Titius iure hereditario, imputabitur in quartam Trebellianicam quam vult retinere Titius de dicta ſua parte hereditatis, cum eam reſtituit coheredibus ſuis? Et dicitur quòd ſic. & eſt ratio quare, quia dictam quartam retinet dictus Titius contra ſententiam dictæ Titiæ matrisfami. quamuis iure permittente retineat. vnde non eſt mirum ſi totus dodrans prædiorũ imputatur in quarta prædicta, & non duodecima tantum prædiorum: vt in ſuperiori caſu quo dixit teſtatrix, retenta quarta &c. Viuianus.

† Iſta lex eſt ſingularis ſecundum Bart. hic: & non habet parem, nec concordantiam, ſecundum eundẽ Bartolum.

a *Tertia.* id eſt quatuor vnciis. & de reſiduo alios. aliàs Titius haberet totum: vt.ſ.de here.inſti.l.j.§.ſi ex fundo.

b *Quarta parte.* quæ eſt duodecima totius.

c *Pro ea parte.* ſcilicet pro tribus partibus ſuæ inſtitutionis.

d *Integra.* non dubitabatur quin quartam partem legatorum retinere poſſit: ſed quæritur, vtrum integra poſſit retinere prælegata. Azo.

e *Debere.* hoc ideò, quia in rogando habuit mentionem hereditatis. ſecus autem ſi dixiſſet: Portionem tuam, non habita mentione hereditatis: quia etiam tunc prælegata reſtituerentur: vt.j. ad Trebel.l. Marcellus. §. quidam. ſi modò prælegauit antè, & poſtea rogauit: quæ dic vt.C.de fideicom.l. cum virũ. Sed opponitur etiam ſi habuit mentionem hereditatis, vt in noſtro caſu, non retinet totam: ſed hereditaria cadit in fideicom.vt.j.ad Trebel.l. in fideicõmiſſariam.§.fi.quæ eſt contra. Solu. ſatis cadit in fideicõmiſſum ſi computat in quartam. quod facit in totum quando contra voluntatem teſtatoris retinet quartam, vt hic ſubiicit.

f *Duodecimam.* id eſt quartam eius partis in qua inſtitutus eſt: vt diximus in caſu.C.fami. erciſcun.l.filium.

g *Trientem.* id eſt quatuor vncias quas habet iure hereditario: vt j.eod.l.in quarta.j. reſpon.

h *Falcidiæ.* id eſt quartæ Trebel. de ea enim loquitur, ſecundùm Io. Accurſius.

i *Contra ſententiam.* quod eſt eo ipſo quòd nihil dixit indè teſtatrix: vt.C.eod.l.j. Accurſius.

A k *Induceretur.* id eſt quarta retineretur.

Qvi *fundum.*] CASVS. Seius habens in bonis ſolummodo vnum fundum valentem.c.inſtituit ſibi heredem Gaium, & damnauit eum vt dictum fundum venderet Titio pro quinquaginta, & poſtea deceſſit: modò quæritur nũquid habeat locum lex Falcidia in hereditate ſua? Et dicitur quòd non videtur legaſſe Titio dictus teſtator niſi quinquagĩta quæ valet plus dictus fundus quàm iuſſus fuerit heres dicto Titio vẽdere. & ita cũ.l. quæ accepit heres à Titio pro pretio fundi, remaneãt apud eum: ideò quartã imò dimidiam hereditatis habet. Sed pone ꝙ dictus Seius habebat in bonis fundum Cornelianum & Sempronianum, quorum quilibet valebat cẽtum; & inſtituit me & Titium heredes: & damnauit me vt eidem Titio coheredi meo fundum Cornelianum, id eſt meam portionem fundi Corneliani venderem pro.l. & econtrario Titium damnauit vt mihi fundũ Seianum, id eſt dimidiam quam in eo habebat idẽ Titius, venderet pro. l. nunquid habebit locum lex Falci. inter me & Titium? Et dicitur quòd non: cùm vterque noſtrum ſit habiturus iure hereditario dimidiam partem vnius fundi: in qua dimidia cuiuſlibet noſtrum eſt pars dimidia, id eſt quarta hereditatis: quia fundi valebant.cc. vt dictum eſt, id eſt quilibet.c. cum ergo quilibet noſtrum habeat iure hereditario quartam hereditatis, vt dictum eſt: non eſt mirum ſi non habet locum lex Falc. Et bene dixi quòd quilibet noſtrum eſt habiturus iure hereditario dimidiam vnius fundi. nam certè ego qui damnatus fui vendere Titio coheredi meo partem meam fundi Corneliani, habebo iure hereditario dimidiam partem fundi Seiani venditi mihi pro alia dimidia à dicto meo coherede: & D partem mihi venditam eiuſdem fundi habebo iure emptionis. Item Titius coheres meus qui damnatus fuit vẽdere mihi partem ſuam fundi Seiani, id eſt dimidiam fundi Seiani, retinet iure hereditario dimidiam partem fundi Corneliani vẽditi ſibi à me pro alia dimidia: & dictam dimidiam quam ei vendidi in eodem fundo Corneliano, habebit iure emptionis: & ſic ego inuenior habere totum fundum Seianum, id eſt dimidiam eius iure hereditario, & aliam iure emptionis: & Titius coheres meus inuenitur habere totum fundum Cornelianum, id eſt dimidiam eius iure hereditario, & aliam iure emptionis.

l *Locum non habet.* imò totus videtur in legato: & ſic Falci. locum habet: vt &.j.eo.l.in quarta. in fi.l.quæ eſt contra. Solu. ſubtiliter inter emptionem & conditionem diſtingue: vt in venditione dicas non fundum venditum eſſe relictum: ideóque nec fundus venit in computatione, ſed id ſolùm quod minus iuſto vendiderit. at in ſecundo caſu totum fundum vendicat, aliàs computat, quia E totus legatus eſt: nec eius quod pro conditione datur, fit computatio: quia non accipitur iure hereditario. vel ei à quo accipit, computat, ſed non alij: vt.ſ. eod.l. Neſennius. vel omnibus computat: cùm idcirco hoc teſtator heredi præſtari voluit, vt omnibus ſolida legata præſtaret: vt.ſ.eo.l. quod autem. Io. & ſecundùm hoc concor.ſ.eo.l. in ratione.§.vendere.&.§.tametſi.&.l.ſi fundus legatus. &.l.ſi dignum. Accurſius.

m *Centum.* ſcilicet ſingulos tanti pretij.

n *Quinquaginta.* tantum valebat mea hereditaria. ſua ergo dimidia iure hereditario remanet ſibi in eodem fundo: vt.j.dicet.

o *Vnius.* non aperit cuius: ſed ſtatim dicit.

p *Hereditatis.* ſcilicet partis ſuæ. vel ita in qua pars dimidia hereditatis eſt, id eſt quarta. Accurſius.

q *Seiani fundi.* quem emit. Accurſius.

r *Hereditario.* aliàs hereditario: aliàs eſt hereditariam. ſubaudi,

& aliam partem iure emptionis.

a Retinet. & aliam iure emptionis conſequitur.

damnatus eſt Seianum fundum vendere, partem Corneliani fundi hereditario iure retinet.[a]

Heres poteſt detrahere ſibi debitum in imponenda ratione legis Falcidiæ, ſicut ſi deberetur extraneo. Alexand.

Si quis[b] heredem inſtituerit eũ cui rogatus fuerat poſt mortem B ſuam centum reſtituere, in ratione legis Falcidiæ centum deducere debet: quia ſi alius quilibet heres extitiſſet, hæc centum in ære alieno ponerentur.

Conditio cuius euentus vel defectus legata nõ vitiat, eorum petitionem nõ differt: & plures portiones vnius & eiuſdem inſtituti contribuuntur adinuicem ad augendum legata. Alexand.

Si quis heredem.] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & rogaui eum vt poſt mortem ſuam centum reſtitueret Seio, & poſtea deceſſi. & poſtea dictus Titius venit ad mortem, & inſtituit ſibi heredem dictum Seium, & multa legata quibuſdam reliquit. & poſtea deceſſit idem Titi⁹. certè Seius heres eius debet ſibi anticipare dicta c. quæ debebat ei Titi⁹ tanquam æs alienũ hereditatis Titij: & poſtea debet detrahere Falcid. de legatis. & eſt ratio: quia ſi alius quilibet extitiſſet heres Titio, dicta c. ponerentur in ære alieno, Viuianus.

b Si quis. facit. C. eod. l. in imponenda. in princ. & l. irritum.

Si tu ex parte.] CASVS Seius inſtituit te Gaiũ heredem ex parte quarta, id eſt in tribus vnciis hereditatis ſuæ, quæ appellatur quadrãs: & purè fecit dictam inſtitutionem: & Titium ex alia quarta parte ſimiliter pure: & à te Gaio legata reliquit quibuſdam: & poſtea te Ga- C ium ex parte dimidia heredem inſtituit ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit, quæ dimidia dicitur ſemis. & ita fuiſti inſtitutus in quadrante purè, & in ſemiſſe ſub conditione, & ita debes habere nouem vncias hereditatis, & Titius tres, quæ nouem vnciæ appellantur dodrans, & poſtea in hac tua ſecunda inſtitutione legata & libertates fuerunt pure quibuſdam relicta per dictum teſtatorem: & poſtea deceſſit dictus Seius. modò quæritur, an pendente conditione dictæ ſecundæ inſtitutionis, libertates in ea ſecunda inſtitutione datæ, & legata omnia præſtari debeant legarariis, id eſt tam legata relicta in prima inſtitutione, quàm relicta in ſecunda? Et reſpon. quòd ſic: & eſt ratio: quia ſiue dicta conditio extiterit te Gaio herede exiſtente: vtraque ſupradicta valent. ſiue dicta conditio defecerit, tu Gaius & Titius heredes eritis pro virili portione, ſcilicet medietate illius medietatis ſub condione tibi relictæ accedente prædicto Titio. vnde ſiue exiſtat dicta conditio, ſiue deficiat: ſemper exiſtit caſus quo poſſũt valere omnia prædicta. Sed pone quòd D dicta conditio tuæ ſecundæ inſtitutionis extitit: & ſic habes tu Gaius quadrantem tibi pure à teſtatore datum & etiam ſemiſſem tibi ſub conditione datum: & ita habes dodrantem totius hereditatis, id eſt nouem vncias: & Titius coheres tuus habet tres. nunquid cùm habeas dodrãtem hereditatis. cogeris pro ea parte legata pręſtare: vt ſic proſit illis legatariis quibus fuit legatum à te inſtituto purè in quarta hereditatis? proſit dico ille ſemis in quo fuiſti inſtitutus ſub conditione prædicta. proſit adhuc dico quo ad Falcidiam de legatis eorum detrahendam? Et reſpond. quòd ſic. nam miſceri debent duæ tuæ partes hoc caſu, id eſt quadrans qui purè eſt datus, & ſemis tibi datus ſub conditione. Viuianus.

c Fueritis. ſcilicet purè.

d Dimidia. quæ ſupererat: & ſic in dodrante.

e Datæ fuerint. ſcilicet ſimpliciter, non exprimendo an puris inſtitutionibus vel conditionalibus: nec quantum à quolibet herede. E

f Pendente. ſcilicet conditione ſecundæ inſtitutionis.

g Præſtabuntur. de libertatibus planum eſt: ſed de legatis quæro quantum quilibet ſoluet? Reſpon. aut ſpecies hereditaria eſt relicta, & tunc aget rei vindicatione ad totam contra vtrumque, cum ambo heredes teneantur, adiiciendo vt quilibet ſoluat quantum eum competat ſoluere: & ſic ad incertam partem contra quemlibet: vt s̃. de rei vindi. l. quæ de tota. §. j. & idem ſi agatur actione perſonali ex teſtamento ad dictum ſpeciem. ſi autem eſt quantitas, tunc quilibet in eo quod eſt purè inſtitutus, conuenitur: nec eo plus tenetur aliquis. quia conditione exiſtente vel deficiente poſſit recuperare ab alio: vt. j̃. de reg. iur. l. nemo. ideò plus dico inſtitutum ſub conditione poſſe conueniri in medietatem reſidui, cùm etiam deficiente conditione medietatem reſidui eſt habiturus.

h Eritis. pro virili porrione medietate conditionali vtrique accedente. & ſic ſimiliter vtraque valet.

i Duas partes. vt ſic dodrans videatur tibi relictus. & facit ſupra de A acqui. here. l. ſi tu. & s̃. eo. l. in ratione. §. penul. in fi. illius. §.

Si tu ex parte quarta, Titius ex parte quarta heredes ſcripti fueritis,[c] deinde tu ex parte dimidia[d] heres inſtitutus fueris ſub conditione, & legata, item libertates datæ fuerint:[e] pendente[f] conditione libertates cõpetent, legata tota præſtabuntur:[g] quia ſiue cõditio extiterit te herede exiſtẽte, vtraque valent: ſiue conditio defecerit, tu & Titius heredes eritis.[h]

Lege * Falci. ſi hoc quæras, an exiſtente conditione miſceatur quadrans tuus & ſemis, atque ita pro dodrante ratio ponenda eſt cum his quibus à te purè herede legatum eſt: reſpondebimus, miſceri duas partes.[i] Qui filiũ ſuum impuberem & Titium æquis partibus heredes inſtituerat, à filio

* De lege Falcidia.

Qui filium.] CASVS. Seium filium impuberem inſtitui mihi heredẽ in ſex vnciis hereditatis meæ, & reliqui ab eo tot legata, quæ ceperunt totas dictas ſex vncias: & Titium inſtitui mihi heredem in aliis ſex vnxiis: & in nihilo eum legatis grauaui, & eũdem Titium ſubſtitui dicto meo filio vulgariter & pupillariter, id eſt vt ſi mihi herer non erit dictus me⁹ filius, prædictus Titius ſit mihi heres. aut ſi mihi heres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, dictus Titius ſit mihi heres. & poſtea deceſſi, & poſtea dictus Titius extitit mihi heres ex ſua inſtitutione. & poſtea antequam dictus meus filius eſſet mihi heres, deceſſit. vnde Titius extitit mihi heres ex ſubſtitutione vulgari. modò quæritur, vtrum dictus Titius ſubſtitutus præſtet ſolida legata quę reliqui à dicto meo impubere filio: an verò deducta quarta? Et dicitur ꝙ C ſolida præſtare debet, & eſt ratio: quia duo ſemiſſes in quib⁹ filium meum & Titium heredes inſtitui, ſunt confuſi & coadunati in perſona Titij qui ex vulgari ſubſtitutione ſucceſſit mihi in ſemiſſe quẽ dedi dicto meo filio: & faciunt dicti duo ſemiſſes confuſi vt habeatur ratio totius hereditatis circa. l. Falcid. vnde cùm mihi ſoli in totum heres extiterit dictus Titius, ſolida præſtare debet prædicta legata quouſque habeat tantum tres vncias de tota mea hereditate, id eſt quartam hereditatis meæ: vt inſtitu. de pupil. ſubſti. §. quo caſu. Si autem dictus Titius adiuiſſet pro ſua parte non grauata, & poſtea in pupillari ætate deceſſiſſet, & ſic Titius extitiſſet ei heres ex pupillari ſubſtitutione: non præſtabit Titius ſubſtitutus ampliora legata quàm quibus legatis dictus meus filius obligatus fuerat: quia hoc caſu dictus Titius non obligatur legatis ſuo nomine, ſed nomine dicti mei filij impuberis defuncti: qui meus filius nihil amplius neceſſe habuit præſtare legatariis quibus à ſe relicta ſunt legata, quam dodrantem ſemiſſis: in quo ſemiſſe eum mihi inſtitui, id D eſt non tenebitur præſtare dictis legatariis niſi tres partes ſemiſſis, & quartam dicti ſemiſſis ſibi poterit retinere per l. Falcid. in hoc ergo caſu dictus Titius in ratione. l. Falcid. retinet ſibi integram ſuà partem non grauatam, & retinet tantum quartam partem grauatæ quam dedi dicto meo filio: & ita retinet ſibi ſeptem vncias, & quartam partem aliarum duarum vnciarum, & dat legatariis prædictis tres vncias & tres partes dictarum duarum vnciarium. & hęc vſque ad §. quòd ſi extranei, &c. vbi retinet eundem caſum, ſcilicet quando inſtitui mihi heredes pro æquali parte dictum meũ filium & dictum Titium. Sed pone econtrario, ſcilicet quòd ſemis dicti Titij extranei totus fuit per me legatus, & ſemis dicti mei filij non fuit in aliquo grauatus, & poſtea me mortuo extitit dictus Titius heres dicto meo filio ex ſubſtitutione ſiue vulgari, ſiue pupillari, & quærit, nunquid hoc caſu augeantut legata quæ reliqui à dicto Titio? Et reſpond. quod ſic. hoc enim caſu acceſſit pars non grauata grauatæ, & perinde agendum eſt hoc caſu circa legata, ac ſi cuilibet E coheredi non grauato ſubſtitutus fuiſſet dictus Titius grauatus, & eo herede omittente hereditatem ex aſſe, heres extitiſſet idem Titius: quia ſemper idem Titius ſubſtitutus deducet rationem legis Falcidiæ ex quantitate bonorum quæ ego teſtator reliqui, id eſt ſiue ſit ſubſtitutus pupillo non grauato, & ex ſubſtitutione ſiue vulgari ſiue pupillari ei heres extiterit, vt dictum eſt in §. quòd ſi extranei. vſque illuc, ac perinde &c. ſiue ſit ſubſtitutus cuilibet alij coheredi non grauato: & poſtea ex aſſe heres extitiſſet: vt in verſicu. & petinde, &c. hoc vſque ad verſiculum, pene eadem, &c. vbi dicit quòd penè, & ſinè penè eadem dicenda ſunt ſi ego inſtituiſſem mihi heredes duos meos filios impuberes, ſcilicet vnumquemque eorum in vno ſemiſſe, & vnius ſemiſſem grauaſſem legatis, & alterius non, & eoſdem impuberes inuicem ſubſtituiſſem, & poſtea in iure ſubſtitutionis ad alterum eorum hereditas mea redierit, & habenda ſit in hereditate mea ratio. l. Falcidi. nam aut ille impubes cuius ſemis grãuatus eſt legatis, ſucceſſit alteri impuberi

puberi grauato:& tunc augentur legata à ſe relicta.aut ecõuerſo,& tunc non: vt.ſ.dictum eſt.Viuianus.

a *Legauerat.* & per legata exinaniuerat.

b *Subſtituerat.* vulgariter & pupillariter.

c *Mortuo.* antequam eſſet heres:vt infra ſubiicit.

d *Ex ſubſtitutione.* ſcilicet vulgari:vt.j.patet.

e *Totius aſsis.* fuit enim heres ſoli teſtatori, & ideo ſolida præſtat legata etiam ſi non habeat niſi tres vncias de tota hereditate.Azo.

f *Solida.* non poteſt enim deducere Falcidiã eius nomine, qui nunquam fuit heres.[a] & facit infra ead.l.§.fin. Sed contra ſupra eo.l. quod ſi alterutro in fine. nam hic fit contributio, ibi non. ſed illa ſecundùm iſtam diſtinguitur: quia ſi fuit pupilli pars defecta, diſtinguitur, an veniat ſubſtitutus ex vulgari,& fit cõtributio.an ex pupillari. & tunc nõ: vt.j.proxi.ſi verò &c.

a ] Debet enim peti Falci. per heredem à legatariis aliàs nondebetur Bar. & Bald. in prædicta. l.cum quis. C.de iuris &facti igno. idem Bal. in l.ſi quis ad decli.§.in omnibus C. de epiſc.& cle.18.col.

g *Antequam patri.* & ita paret quod fuit heres ex vulgari ſubſtitutione.

h *Fuit.*& deceſſit in pupillari ætate, & ſic ſucceſsit pupillo ex ſubſtitutione pupillari ſubſti.

i *Quibus.* ſ.legatis.

k *Subſtitutione.* vulgari vel pupillari.

l *Cuilibet.* etiã maiori.

m *Reliquerit.* aliàs eſt,reliquerat ponere debet. & tunc ſequitur ver.eadem dicenda ſunt &c. aliàs eſt, reliquit, deducet. Pone eadem dicenda &c. & erit ver.pene &c. & eſt philoſophicũ temperamẽtum:vtalias forſan,ſupra de arbi.l.ſi duo.Accurſius.

n *Habenda ſit.* diſtingui tur enim vtrum pars defecta fuerit grauata,an pars quæ non fuerit defecta, & idem diſtinguitur in iure adcreſcendi:vt.ſ.ead.l.quòd ſi alterutro.Azo.&facit ſupra eo.l.in ratione.ſed dic vt plenè not.in d.l.quòd ſi alterutro. Accurſius.

totum ſemiſſem legauerat, [a] à Titio nihil,& Titium filio ſubſtituerat. [b] Quæſitum eſt, cum Titius ex inſtitutione adiſſet, & impubere filio mortuo, [c] ex ſubſtitutione [d] heres extitiſſet: quantum legatorum nomine præſtare deberet. Et placuit ſolida legata eũ præſtare debere. Nam confuſi duo ſemiſſes efficerent vt circa legem Falcidiam totius aſsis [e] ratio haberetur, & ſolida [f] legata præſtarentur. Sec hoc ita verum eſt, ſi filius antequam patri [g] heres exiſteret, deceſsiſſet. Si verò patri heres fuit, [h] non ampliora legata debet ſubſtitutus, quàm quibus [i] pupillus obligatus fuerat:quia non ſuo nomine obligatur,ſed defuncti pupilli, qui nihil amplius quàm ſemiſsis dodrantem præſtare neceſſe habuit.

Quòd ſi extranei heredis ſemis totus legatus fuerit,iſque pupillo à quo nihil legatum erat, ex ſubſtitutione [k] heres extiterit, poterit dici augeri legata, & perinde agendum, ac ſi cuilibet [l] coheredi ſubſtitutus fuiſſet, eòque omittente hereditatem, ex aſſe heres extitiſſet:quia ſemper ſubſtitutus rationem legis Falcidiæ ex quantitate bonorum quæ pater reliquerit, [m] ponet. Eadem dicenda ſunt & ſi pater duos impuberes heredes inſtituerit, & eoſdem inuicem ſubſtituerit, deinde iure ſubſtitutionis ad alterum hereditas reciderit, & legis Falcidiæ ratio habenda ſit. [n]

*Qui filios impuberes.*] CASVS. Titius habens duos filios impuberes, inſtituit ſibi heredem alterum eorum, & alterum exheredauit:poſtea ſubſtituit inſtituto prædictum exheredatum: & poſtea ſubſtituit Mæuium prædicto impuberi exheredato: & poſtea multa legata reliquit quibuſdam à prædicto Mæuio: & poſtea deceſsit dictus Titius teſtator: & poſtea prædictus impubes exheredatus extitit heres fratri ſuo prædicto, qui fuerat inſtitutus: & poſtea deceſsit dictus impubes exheredatus: & ſic ſucceſsit ei ex ſubſtitutione dictus Mæuius.Veniunt modò legatarij,quibus fuerunt relicta legata à Mæuio prædicto,& petunt ab eo dicta legata. Mæuius autem reſpondet eis,& dicit: Libenter volo vobis ſoluere legata: ſed tamen de his volo detrahere Falcidiam, quia poſt mortem Titij teſtatoris intantum ſunt deminuta bona eius per filios ſuos impuberes,quòd habet locum Falci. dicunt ei legatarij: Non debes nobis detrahere Falcid. quia tempore mortis dicti teſtatoris tantum erat in bonis ſuis, quod non habebat locum Falcid. modò quæritur, cuius vel quorum allegatio debeat obtinere? Et reſpon. quòd allegatio legatariorum.& eſt ratio:quia iudicio & vltima voluntate dicti teſtatoris patris dictorum impuberum peruenerunt ad dictum Mæuium facultates eiuſdem teſtatoris per cauſam hereditariam.i.ex ſubſtitutione.ſiue ex ſubſtitutionibus prædictis. Sed nonne eſt prædictis contrarium,quia aliàs dicitur,ſi exheredis filium meum impuberem,quem ſolum habeo,& ei legatum relinquo:& A ei Mæuium pone in dicto legato ſubſtituo:& etiam in aliis, quæ aliunde habet dictus exheredatus: & ab eodem ſubſtituto legata relinquo, & poſtea dictus Mæuius ſuccedit ex ſubſtitutione dicto exheredato:ſcilicet quod non ideò magis dictus Mæuius ſubſtitutus obligatur dictis legatis à ſe relictis, quod habet ex ſubſtitutione dictum legatum quod reliqui dicto impuberi exheredato. quod quidem dicitur. C. de lega.cũ quidam?Reſpon nõ eſtcontra:quia in hoc caſu nõ peruenit ad eum Mæuium ſubſtitutum hereditatis meæ portio, ſed ſolummodo legatũ quod reliqui ipſi exheredato filio meo. in noſtro autem caſu in princ.§.poſito peruenit ad Mæuiũ ſubſtitutum non ſolùm portio hereditatis paternæ,ſed etiam totum ius hereditarium: & ideò non eſt mirum ſi ibi tenetur legatariis, & eo modoqui ibi dictus eſt id eſt habita ratione legis Fal.in his bonis quę pater mortis tempore reliquit. Dicet aliquis, Pone retẽto caſu in prĩ. §.poſito, quòd filius exheredatus nõ extitit heres fratri ſuo ex ſubſtitutione, ſed auctoritate legis duodecim tabu: deſerto teſtamẽto Titij teſtatoris,aut per interpoſitam perſonam & poſtea idem impubes exheredatus deceſſit, & ſic extitit ei heres ex ſubſtitutione dictus Męuius. Nunquid idem Mæuius ſubſtitutus æſtimandus erit debere ſic legata à ſe relicta, ſicut dictum eſt eum debere in prin. huius.§.j.habita ratione l.Falci.in his bonis quæ pater mortis tempore reliquerit?Et reſpondetur quod minimè illo modo,vel etiam aliquo alio. nam nullo modo tenetur idẽ Mæuius præſtare legata à ſe relicta eo caſu, nam quantum interſit exheredatus filius ex ſubſtitutione fratri ſuo heres exiſtat,an alio modo:ſaltem ex eo apparet, quòd aliàs ab eo ex heredato legare poterat.j. cùm ea ſubſtitutione eſt heres fratri ſuo inſtituto. aliàs non potuit ab eo legare pater:id eſt cum non eſt heres ex ſubſtitutione,ſed ex lege,vel per interpoſitam perſonam: vt ſupra dictum eſt.ſi ergo non poteſt eo caſu ab eo legare,vt dictum eſt ergo nec poteſt ab eius ſubſtituto.nam eſt congruens rationi,ne teſtator habeat plus iuris circa perſonam ſubſtituti, quàm habuerat in eo E cui eum ſubſtituit.Viuianus.

Si exheredatus ſuccedit fratri ex ſubſtitutione,& ſic ex voluntate expreſſa,valent legata ab exheredati ſubſtituto: ſed ſi ſuccedit ex poteſtate legis, non valent. Ba.

A ſolui legatario, nec dolo deſiit poſſidere in hoc caſu. ſi autem poſt motam mihi controuerſiam hereditatis ſoluã legatario ſine cautiõe pecuniam hereditariam, vel tradam ei rem hereditariam ſibi legatam: teneor vincenti mihi heredi de eo quod ſolui legatario, & hoc propter culpam meam. ſed ſi ego dicam me heredem ex teſtamento, & alius qui vocatur ſicut ego, dicat ſimiliter ſe ſolum heredem ex eodẽ teſtamento, & ego tradam legatario rem hereditariam ſibi legatam: nunquid tunc debet mihi legatarius cauere? & dico q non: quia omnimodo ego liberor à legatario per dictam traditionẽ ſi inuenior poſtea heres: vel liberatur ille, qui vocatur ſicut ego, & qui dicit ſe heredem, vt dictum eſt, ſi inueniatur poſtea heres: ſicut & ſi ſoluiſſem alicui creditori hereditario. Et idem credo ſi ſoluiſſem meã pecuniam, vel tradidiſſem rem meã: quia ſiue vincam, ſiue ſuccũbam, habeo vnde retineam illud quod ſolui vel tradidi legatario, cum heredit. poſſideam. Si autem ille qui à me petebat heredita. & qui dicebat ſe heredem, ſoluat ſuã pecuniam, vel ſuam rẽ tradat legatario vel creditori: neceſſaria eſt ei cautio, cùm non habeat vnde retineat ſi ego vincam eum. Si autem ſoluat hereditariam pecuniam, vel rem hereditariam tradat: credo quòd non debeat ei caueri per legatarium vel creditorem: quia omnimodo aut ipſe aut ego liberor per dictam ſolutionem, id eſt ille ex nobis qui vincet hereditatẽ. & hoc dicit vſque ad. l. videamus. Viuianus.

e *Sperat.* ſcilicet pati. nec erant illuſoriæ minæ: vt infra. l. proxi. Accurſius.

D f *Cauerit.* hæc cautio euicta hereditate legata reddi, affinis eſt illi quæ in hoc titulo eſt poſita: & ſit de hac mentio. C. de lega. l. ſi in fraudem. & de petitio. hered. l. fina. §. j. & ſupra qui ſatiſda. cog. l. de die. §. item euicta.

g *Non committi.* ſic. ſ. de leg. j. l. ſi ſeruus plurium. §. j. & facit. C. de rerum permu. l. fi. & . ſ. de euicti. l. ſi rẽ quam. §. j. Accurſius.

h *Sibi euicerit.* id eſt ipſemet ſibi euicerit. nam cùm cœperit ſcire ſe in ſecundo teſtamento inſtitutum cœpit tenere ex ſecundo: & ſic videtur euicta ex primo: vt. ſ. de eui. l. ſi vendideris. non autem dicas quòd euicerit ei qui ab eo prius euiciſſet: quia ille haberet exceptionem rei iudicatæ, licèt poſtea inuenerit ſecundùm teſtamẽtum: vt. C. de re iudic. l. ſub ſpecie.

i *Scriptus.* qui & fuerat in primo teſtamento inſtitutus. Et ſic no. ſecundùm Azo. per hanc legem bene probari reuocata eſſe legata per ſecundum teſtamentum: licèt in eo non fiat mentio primi. ſic ſupra de adimen. lega. l. ſi tibi certam. & arg. ſupra de procur. l. ſi E quis cum procuratori. §. finali. ſecus in tacito fideicommiſſo: vt. ſ. de proba. l. cùm tacitum. Legata per ſecundũ teſtamentum videntur reuocata.

k *Hereditatem.* totam vel partẽ de qua erat mota lis: & ſic proceditur in cauſa licèt reſtituerit fideicommiſſario.

l *Vel emolumentum.* vt ſpeciem.

m *Committi.* idẽ in omnibus prætoriis ſtipulationibus: vt in ratihabi. & dam. infe. vt. j. rem ra. ha. l. ſi procurator. Itẽ ſi putum factum eſt in ſtipulatione: vt. j. de ver. obli. l. ſi ſic. ſecus in pœnali ſtipulatione, a quæ non committitur niſi ſemel: vt. ſ. de arbi. l. ſi duo. §. ſi.

n *Præſtitum.* ab herede legatario.

o *Stipulationem.* potes dicere de ea de qua dicitur. ſ. ea. l. §. proxi. vel de illa. ſ. ea. l. §. cæteros. Accurſius.

p *Condictionem.* incerti, vel ſine cauſa: vt. ſ. de vſufructu ea. re. quæ vſu conſu. l. hoc ſenatus. §. j. & vſufru. queadmo. ca. l. ſi vſuſfructus nomine. & . ſ. de do. præle. l. pater dotem. §. ſi fortè per errorem.

q *Pomponius.* ſcilicet probauit. Azo.

a] Quomodo & quãdo cõmittatur ſtipulatio pœnalis: pleniſſimè vide in Specu. tit. de act. ſen per. § ſequitur. 5. col. verſi. quãdo autem.

a **H**Æc autem ſatiſdatio. ſcilicet euicta hereditate legata reddi, de qua dicit.ſ.l.proxi.§. ſi legatarius.Accurſius.

b *Iniquum*. Not.quòd ſuperuacua cautio non præſtatur, ſic ſupra de procura. l. non cogendum.

c *Litis*. ſcilicet de hereditate.

d *Minæ*. quæ curandæ nõ ſunt:vt.ſ.quod met. cau.l. metum autẽ non vani. ſecus ſi non eluſoriæ: quia cauetur: vt.ſ.l. proxi.§. ſi legatarius.

ADDITIO. Iſta gloſ. iuncto text. præſtat argumentũ quòd propter minas factas ab vno nõ debet prꝭſtari cautio:& determinatur per iſtum tex. quia aut ſunt minæ illuſoriæ, aut nõ, & ſtatur arbitrio iudicis. glo. eſt. C. quod met. cau.l. metum ſecundùm Bar.

e *Vindicent*. id eſt ſe eſſe heredes aſſerãt: quod tamen eſſe non poteſt: vt infra de regul. iur. le. quod contra. §. vni. & facit ſupra de lega.ij.l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos.&.C.de peti.here. l. fi.§. fin autem ex contractibus. Sed contra.ſ. de excep. rei iudi.l. qui cum herede. vbi à neutro petitur interim.Sol. ibi certum erat vnũ eſſe ſcriptum heredem: ſed dubitabatur de filio legitimo herede ab inteſtato, an ſibi daretur bonorum poſſeſſio contra tabu.hìc autem nõ erat certum de aliquo illorum:certum tamen erat de vno lex tamen illa corrigitur per.l. C. eo.l. fin.§.j.ſecundùm Azo.

**H**Æc autem ſatiſdatio [a] locum habet, ſi iuſta cauſa eſſe videbitur. nam iniquum [b] erat, omnimodo caueri nõdum illata controuerſia litis: [c] cùm poſſint ei luſoriæ minæ [d] fieri. ideóque eam rem prætor ad cognitionem ſuam reuocat. Si duo ex teſtamẽto hereditatem in ſolidum ſibi vindicẽt, [e] fortè quod eiuſdẽ nominis ſint: tam in poſſeſſorem quàm in petitorem cõpetunt actiones & creditoribus & legatariis. B

**Iſta cautio debet præſtari quãdo recipientis intereſt. Bart.**

Hæc cautio [f] vtique neceſſaria eſt, ſi quis pecuniã ſuam ſoluat, vel rem tradat. [g] Si verò pecuniam hereditariam ſoluat, vel rem tradat, quidam non putant cauendum: quia nec teneri poteſt eo nomine victus: cum non poſſideat, vel dolo fecerit quò minus poſſideat. Hoc, ſi antè motam controuerſiam ſoluat. quòd ſi poſtea, [h] tenebitur culpæ nomine. [i] Sed cùm de [k] nomine inter duos quæſtio [l] eſt, nunquid non ſit cauendum ei qui hereditariam rem tradat: [m] quia omnimodo vnus liberatur, quẽadmodum ſi æs alienum [n] hereditariũ ſoluatur? Sed ſi petitor [o] ſuam pecuniã ſoluet, aut rem ſuã tradat, non habet vnde retineat: & ideò neceſſaria eſt ei cautio.

**Legatarius debet cauere heredi, & fideicommiſſarius legatario, vel fideicõmiſſarius heredi cauſa euitandi circuitus. Bart.**

V. MARCELLVS *libro vicenſimoprimo Digeſtorum.*

**V**Ideamus an ſtipulatio, [p] *Quod* [*] *amplius quàm per legem Falcidiam licuerit, ceperis, dari*? aduerſus eum non ſufficiat [q] qui legatum alij reſtituere ex fideicommiſſi cauſa debet. Sufficiet autem dici, nihil eius fideicommiſſum eſſe. [r] Cauebit ſcilicet legatario & is qui fideicommiſſum accipiet: [s] niſi fortè mallet legatarius circuitu ſublato heredi caueri. [t] Sed & legatario præterea C cauendum eſt, ſi, vt plerumque æquum eſt, pro rata ex fideicommiſſo retinere ei concedendum eſt: quamuis tantum ex legato apud eum erit remanſurum, vt ſufficere poſſit ad præſtandum fideicommiſſum.

**Ei qui non poteſt ſatiſdare, remittitur ſatiſdatio. Bartolus.**

VI. CALLISTRATVS *libro quarto de Cognitionibus.*

f *Hæc cautio*. ſcilicet euicta hereditate legata reddi: de qua loquitur principium legis. Accurſius.

g *Tradat*. ſcilicet hereditariam.

h *Poſtea*. id eſt poſt controuerſiam motam: licèt non ſit lis conteſtata:vt.ſ.l. proxi.§.ſi legatarius. Azo.

i *Culpæ nomine*. vt.ſ. titu.j.l. dolo. Item ſi hoc ſoluat ſponte, non per ſententiam: alioquin liberatus eſt ipſo iure: ſed tamen & tunc petit ſibi caueri vt defendatur: vt ſupra de rei vindi.l.is à quo.&.l. à quo. &.C. depoſi.l. pe.in fin. licet illa corrigatur per authen. ibi poſitam. Item arg.contra.ſ. de lega.ij.l. ſi quis Titio.§. fi. ſed ibi vterque nititur ex voluntate: & ideo datur vtrique. hìc alter nititur tantùm ex voluntate,ſcilicet legatarius.

k *Sed cùm de*. ſ.ergo loquitur vbi vnus ex teſtamento defendebat hereditatem:& ideò non eſt certum omnino deberi legatum:quia ſi legitimus obtinet,non liberatur: quia nec tenetur: ſed hìc vterque ex teſtamento: & ſic eſt certum deberi quicũque eorum obtineat: vt.ſ.eo.§. ſi duo.

l *Quæſtio*. vt fuit ſupra eo.§. ſi duo.

m *Tradat*. legatario ſcilicet ſine auctoritate, & etiam poſt litem motam. Et reſpon.non cauendum: nec imputatur ei ſi non petat caueri: quia &c.

n *Si æs alienum*. quo caſu etiam legitimus liberatur: & ideò nec hoc caſu cùm quæſtio eſt de nomine, nec ſuperiori cùm inter ſcriptum & legitimum eſt quæſtio, imputatur ſi non facit ſibi caueri. Accurſius.

o *Petitor*. Sed quid ſi poſſeſſor? Reſpond.diſtingue vt.ſ.ſoluit,ſuã, an hereditariam. in primo caſu cauetur ei, vt in princip.§.in ſecundo ſub diſtinguitur ſiat quæſtio de nomine: & tunc non cauetur ei quandocũque ſoluat: vt ibi,ſed cum de nomine, ſoluat &c.ſi autem aliàs, vt quia legitimus facit quæſtionem ſcripto, vel econtra: ſubdiſtinguitur ſit lis mota, vel non:vt ibi, ſi verò pecuniam &c.

**V**Ideamus.] Hæc lex reuertitur ad illam ſatiſdationem de qua dictũ eſt.ſ.eo.l.j. vſque ad.l.niſi.§.ſi legatarius.& ponit talem caſum. CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & legaui tibi Se- A io.c. & rogaui te Seium vt reſtitueres legatum tuum Sempronio, & multa alia legata quibuſdam reliqui & purè,& ſub conditione: & poſtea deceſſi. tu Seius petis ab herede meo Titio.c. prædicta. quæritur, nunquid debeas ei ſatiſdare vt reſtituas ei illud quod amplius ceperis quàm per Falci. licuerit tibi dari? & videtur quòd nõ: quia tu legatarius nihil capere videris, cùm alij reſtituere debeas. ſed verius eſt vt cauere debeas perinde ac ſi non eſſes rogatus de dando alicui fideicommiſſ. & Sempronius prædictus cui debes reſtituere tuum legatum, cauebit tibi eo modo. Sed ſi tu legatarius velis vitare circuitum,& velis quòd ſolus Sempronius fideicommiſ. caueat heredi, & non tu: audiri debes. in caſu tamen Sempronio fideicommiſ. debet caueri, & etiam tibi legatario, puta quando heres debet tibi legatario detrahere Falci. & tunc quando legatarius es, detrahere fideicommiſſ. debes, quia tunc æquum eſt te legatariũ Falcid. detrahere: cum teſtator hoc dicit:vt.ſ.e. l.j.§. ſed & legatario. & ſ.titu. j.l. pœnales.§. fin. & non ſolùm detrahis tu legatarius Falc. ex fideicom. à te dato cùm æquũ eſt eo modo quo dictus eſt: & cùm de legato nihil apud te remãſurum eſt ſoluto fideicom. à te relicto: ſed etiam detrahis Falc.quãuis tantum ex legato apud te legatarium ſit remanſurum ſoluto integro fideicommiſ. à te relicto, vt ſufficere poſſit ad præſtan- D dum integrum fideicom. puta quia legaui tibi legatario.xx. & rogaui te de præſtandis Sempronio. xv. nam ſi heres meus detrahat tibi.v. de.xx. tu detrahes fideicõmiſſario quartam de.xv. & ſic hoc caſu Sempronius fideicommiſ. debet cauere tibi & heredi. & hoc dicit. Viuianus.

[*] Flo. Quã amplius per Falci.lic.

p *Stipulatio*. qua ſcilicet cauetur vt legatarius reſtituat quod amplius ceperit quàm ei licuerit dari. Accurſius.

q *Non ſufficiat*. q.d. etiam ſi interponatur, non videtur committi: quia cùm promittat quod capit vltra quàm liceat, & ipſe nihil capit,cùm alij reſtituat:vt.j.de verb.ſign.l.aliud.ergo non committitur.ſed contra eſt:quia cauet ac ſi non ſit grauatus vt alij reſtituat. & hoc ſubiicit,ſufficit &c. nam reſpon.ibi.

r *Eſſe*. q.d. caueat ac ſi nil ſit eius fidei commiſſum.

s *Accipiet*. à legatario.

t *Caueri*. per illum cui rogatus eſt legatarius dare fideicũmiſſum. Et no.de circuitu tollẽndo,[a] vt &c.ſ.de condic.inde.l. dominus te- E ſtamento.&.ſ. vſufruct. quemadmo.ca.l.ſi vſuſfru. mihi. patet ergo per hanc.l.quòd legatarius heredi & fideicommiſſarius legatario cauet. quandoque ſolus fideicom. heredi cauſa euitandi circuitus, vt hìc. quandoque cauet fideicommiſſarius heredi & legatario: veluti quando heres debet detrahere Falcid. & legatarius ſimiliter: puta vbi teſtator hoc dixit: vt no.ſ.titu.j.l. pœnales.§. fi. & ſupra eod.l.j. §. ſed & legatario. & ita conſtrue, cauendum eſt, ſed & concedẽdum eſt ei retinere ex fideicommiſ. pro rata vt plerumque æquum eſt: quia teſtator dixit, quamuis &c. vt quia mihi legauit.xx. & rogauit de.xv. reſtituendis. & de illis.xv. detrahit Falcid. ſi ei detrahatur.& facit.ſ. de leg.ij.cùm pater.§.j. Sed contra ſupra de an.leg.l.liberto.§.j.Sol.refert vtrum onus legatario iniungatur extrinſecus: vt tunc fideicommiſ. ei non teneatur cauere, vt ibi: an in partem eius quod legatur ei qui cogitur reſtituere: & tunc ſic, vt hìc. Accurſius.

[a] Circuitus vitandus eſt & ambages reprobãdæ. Spec.ti. de duo.§ nunc de exordiis. verſi. vel ita ſunt. ſic ambitio.de qua materia vide per Bar.in.l. ſi quẽquam. in.j.q.C.de epiſco.& cleric.

Cum

*Cvm non facilè.*] CASVS. Hæc.l.loquitur de eadem cautione de qua dictum eſt.ſ.l.proxi.Pone ergo quod inſtitui mihi heredẽ Titium,& multa legata reliqui & pure,& ſub conditio. inter quos plures legatarios erat vnus qui non facilè poſſet inuenire fideiuſſores:& poſtea deceſſi.venit dictus legatarius ad heredem meum, & petit ab eo legatum. heres autem videns eũ bonum hominem,ideò petiit fideiuſſores ab eo, quia ſciebat eũ non poſſe inuenire: & ſic volebat eum auertere à petitione legati vel fideicõ ſibi relicti. certè dicitur hic quòd remittitur ei onus ſatiſdationis,& legatum ab herede conſequitur. Viuianus.

a *Cùm non facilè.* & ſic videtur non poſſe fieri: vt.j. de ver.ſig.l. Nepos Proculo.hoc ergo arbitrio iudicis relinquitur: vt ibi.

b *Ideò cautionem.*ſec⁹ ſi non ideò,ſed bona fide poſtulatur: quia perſona ſuſpecta eſt.arg.ſ. de iudi.l.in omnib⁹. & qui ſatiſd.cog.l. ſi fideiuſſor §.fi.& C. de epiſ. & cle. auth.generaliter.H. ſed certè ſit ſuſpecta vel nõ ex quo non poteſt ſatiſdare, ſtatim inquiritur de Falci. vt.C.de vſur.l.ij.& ſecundum hoc verbum ideò, ſiue cauſatiuè ſiue conſecutiuè ponatur,non eſt vis. Item no.hac.l. remitti ſatiſd. pauperi: & ſic prodeſt paupertas.ſic C.de epiſc.& cleri.l.ſi quis ad declinandam.§.pe.Sed ar.cõtra.C.de epi.au.l.de creationibus.§.ſin. autem vbi à paupere, non à diuite exigitur ſatiſdatio.Item facit.ſ.de offi.præ.l.illicitas.& de pig.act.l.ſi ſeruos.Itẽ & in aliis remittitur: vt.ſ.eo.l.iij.§.quãuis.

*Percipere

Paupertas prodeſt.

CVm non facilè [a] ſatiſdationẽ offerre legatarius vel fideicõmiſſarius poſſit, & futurum ſit, vt propter hoc à petitione liberalitatis ex teſtamento ſummoueãtur, nunquid onus ſatiſdationis eis remittendũ erit? Quod videtur adiuuari reſcripto diui Commodi, in hæc verba:Is cuius de ea re notio eſt,adit⁹,ſi cõpererit ideò cautionem [b] à te exigi,vt à fideicommiſſi petitione auertaris, onus ſatiſd.tibi remitti curabit.

Merus executor nõ tenetur heredi cauere.

VII. PAVLVS *libro ſeptimo ad legem Iuliam & Papiam.*

DIuus Pius ab eo qui annua legata præcipete * ad diſtribuendum iuſſus [c] erat, vetuit cautionem exigi, *Ceſſantium* [d] *partes reddi* : niſi apertè cauere iuſſus [e] eſſet.

VIII. MARCIANVS *libro decimo Fideicommiſſorum.*

SI heres partem bonorum,vel etiam vniuerſa bona delata ad fiſcum diceret, [f] conſtaret autem de fideicommiſſo: [g] decretum eſt vt petitori cauenti, [h] *Euicta hereditate reſtitueri,* * *ſolueretur.*

*DIuus Pius.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seiũ,& quibuſdam annua legata reliquit, & iuſſit quòd Sempronius reciperet ab herede dicta legata ad diſtribuẽdum inter legatarios.& ita fecit dictum Sempronium ſuum commiſſariũ: & poſtea deceſſit dictus teſtator.petit nũc commiſſarius ab herede pecuniam ad diſtribuendum annua legata inter legatarios.dicit ei heres,Beneuolo tibi dare pecuniam:volo tamẽ quòd caueas mihi quòd reſtitues mihi partes legatariorum ceſſantium in receptione legatorum ſuorũ:quia aliqui eorũ morientur,ſicque deficient eorum legata.quæritur, nunquid taliter cauere debeat? Et dicitur quòd non,niſi teſtator præcepiſſet eum cauere.Viuianus.

c *Iuſſus.* hunc executorem teſtamenti vocant Bonon. cõmiſſariũ.

d *Ceſſantium.* verba cautionis.& dic,ceſſantium.i.morientiũ:quia ſic extinguitur tale legatum:vt ſ.de an,leg.l.in ſingulos. Sed arg.cõtra.ſ.de ali.leg.l.iij.§.debebit vbi cauet.ſed ibi à coheredibus : hîc à teſtatore fuit electus. Item quæritur,an hic habeat aliquam actionem contra coheredem?Item ſi quis legatariorum nolit,an reddatur heredi?Reſpon.ad vtrumque ſupra de leg.ij.l.Titio. Item quid ſi dubium eſt an bene diſtribuat?Reſpon.iurat : vt.C.de dona.l.pe. & ſacit infra de verb,ſigni.l.aliud eſt capere.

e *Iuſſus.* ſtatur præcepto defuncti de cauendo.ſic.C.ad Trebell.l. iubemus.§.in ſupradictis.& ſupra de vſufruct.ea.re.l.tribus.in princip.Accurſius.

Defuncti præcepto de cauendo ſtandum eſt.

*SI heres.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seium, & per fideicomm. reliquit centum Gaio, & deceſſit. petit nunc Gaius fideicommiſ. ab herede dicit ei heres? Bona Titij teſtatoris delata ſunt fiſco.vnde ſi ſoluerem tibi fideicom.nihilo minus fiſcus recuperaret à me vniuerſa bona dicti teſtatoris: vnde nolo tibi ſoluere certe dicitur hic quòd tenetur heres ſoluere dictum fideicommiſſum dicto Gaio petitori cauenti eidem heredi de reſtituendo fideicommiſ.euicta ſibi hereditate per fiſcum. Viuianus.

f *Diceret.* non tamen adhuc erat lis conteſta.nomine fiſci:alioquin non ſolueretur etiam cautione præſtita:vt infra de iure fiſci.l.apud Iulianum. quæ eſt cõtra.& facit.C.de lega.l.ſi in fraudem.& ſupra l.iij.§.ſi legatarius.& C.de peti,here.l.fi.§.j.

g *De fideicommiſſo.* relicto puta Titio.

h *Cauenti.* Titio.

Cautio vſufructu finito rem reſtitui,debet interponi ei ad quem pertinet proprietas,non heredi tãtummodo.Bartolus.

IX. IDEM *libro duodecimo Fideicommiſſorum.*

SI nõ in cõtrouerſia ſit proprietas,ſed vſusfructus [i] (poteſt enim [k] rei cuius proprietas Titio legata eſt, vſusfructus alij legari) tunc de eo reſtituendo,nõ heredi ſed Titio caueri debeat. Interdũ &ſi ab herede legetur vſusfructus Titio [l] cauẽdũ eſt, veluti ſi detracto vſufructu proprietas ei [m] legetur vſusfr.Seio.Quid enim attinebit hoc caſu heredi caueri,ad quẽ emolumentum intercidẽtis vſusfructus non ſit ſpectandum? [n] Verùm ſi vſufructu Seio legato,proprietas Titio ita legetur, vt cũ ad Seiũ pertinere deſierit, [o] habeat proprietatem:tunc heredi caueri oportebit à fructuario: ab herede autem Titio:quia non ſit certum vſufructu intercepto ad Titium proprietatem reuerſuram. [p]

*SI non in controuerſia.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Petrum,& Titio legaui ſolam proprietatem fundi mei Corneliani: & Seio legaui vſumfruc.eiuſdẽ fundi,& poſtea deceſſi. venit nunc Sempro. & facit controuerſiã dicti vſufr.dicto Petro meo heredi, dicens ad ſe dictum vſumfr.pertinere. Item Seius prædict⁹ cui legaui dictum vſumfructum,petit ab eodẽ herede vt dimittat eũ vti frui dicto fundo Corneliano.certe ſi dictus Seius vult habere vſumfr. ab herede,debet cauere dicto Titio cui erat legata proprietas,de reſtituendo eidem Titio vſumfru.ſi dictus Semproni⁹ vincat heredem pro vſufruct. non autem debet cauere heredi:& eſt ratio quare debet caueri Titio proprietario,& non heredi : quia ſi ponamus quòd dict⁹ vſusfruc.intercidat apud Sẽpronium prædictũ qui faciebat heredi controuerſiam de eodem vſufruct.quique poſtea vicit heredem, & apud ſe habuit eũdem vſumfr. emolumentũ dicti vſusfructus intercidentis nõ debet ſpectare ad heredem.imò ad dictum Titium proprietarium. in caſu tamẽ cauere debet Seius cui legaui vſumfru.heredi.& non Titio proprietario fundi.puta ſi legaui vſumfru.dicti fundi dicto Seio,& proprietatem eiuſdem fundi ita legaui dicto Titio, vt eãdem proprietatem habeat idem Titius cum ad dictũ Seium deſierit pertinere vſusfr.& ita ſub incerta die dicto Titio legaui proprietatem dicti fundi qui habetur loco cõditionis:vt ſ.de leg.j.l.talis.§.ſed & ſi ſub conditione. & eſt ratio quare hoc caſu debet cauere heredi, & non Titio proprietario fundi, quia hoc caſu non eſt certum vſufru.interempto apud dictum Sempro.qui faciebat heredi controuerſiam de eo vſufr. quique ſuper hoc vicit heredem, & apud ſe habuit eundem vſumfr. non eſt certum dico hoc caſu ad dictum Titium proprietatem eiuſdem fundi reuerſuram,quia forte prius decedet Titius quã vſusfr. interimatur apud dictũ Sẽpro.& ita non tranſmittit idẽ Titius ad ſuos heredes legatũ proprietatis dicti fundi:quia (vt dictũ eſt) quaſi cõditionale fuit legatũ dictæ proprietatis eidem Titio relictũ, eo quod ſub incerta die fuit ei relictũ, vt dictũ eſt. cõditionalia autẽ legata nõ tranſeũt ad heredes:vt no.ſ.de lega.j.l.iij.& ſic eſt plana hæc l. Viuianus.

*Vide.Ant. Aug.lib.emen. 2.c.2.

i *Sed vſusfructus.* id eſt cautio pro vſufru. præſtanda. & ſic gratia ſimilitudinis tractat hæc lex de caut,illa quæ eſt.ſ.vſufru.quemadmodum caue.& ſic concor.in eo.tit.ſi tibi vſusfr.Alij dicunt,quod quidam tertius mouet quæſtionem de vſufr. & ſic loquitur de illa cautione de qua eſt.ſupra eo.l.hæc autem.in princi.& ſic proſequũtur vſque ad finem.

k *Poteſt enim.* interpoſitio eſt vſque illuc.tunc de eo,&c. & facit infra §.proxi.

l *Titio.* cui legata eſt proprietas:vt ſupra proxi.reſpon.

m *Ei.* ſcilicet Titio.

n *Spectandum.* q.d.nihil.

o *Deſierit.* ſcilicet vſusfructus.& ſic ſub die incerta:& facit.ſ.vſufr. quemadm.ca.l.ſi tibi.& ſi vſusfru.pe.l.fundus detracto.

p *Reuerſuram.* Titio interim moriente,& ad heredẽ non tranſmittente propter diem incertũ:vt C.de cadu.tol.§. ſin autem aliquid,

AD SENATVSCONSVLTVM Trebellianum.

*Duo ſenatuſconſulta ſcilicet Pegaſianum & Trebellianum tractauerunt de hac materia.Sed Iuſtinianus totum attribuit Treb. & quæ ſunt propria cuiuſque,habes inſtitu.de fideicommiſ.here.in princip.& §.reſtituta.& §.ſed quia. Accurſius.*

*Eleganter Iuſtinianus peculiare & in Græca cõſtitutione* προσέχον καὶ ἁρμόδιον *nihil eſſe magis quam vt legatis quidem iungatur narratio legis Falcidiæ fideicommiſſis autem S.C.Trebelliani. Trebellianum prius fuit Pegaſiano. Et Trebellianum de transferendis actionibus in fideicommiſſarium. vt abſque metu heredes ſcripti adirent hereditatem, non deducta quarta. Pegaſianum ſi plus quam dodrãtem vel totam hereditatem reſtituere rogati eſſent, de quarta deducenda non tranſlatis actionibus communicatis tamen remedio ſtipulationum partis & pro parte. qua ex cauſa Trebellianus fideicommiſſarius erat heredis loco. Pegaſian⁹ non item. ſed & S.C. Pegaſiano heres qui ſuſpectã hereditatem dicit adire cogitur & reſtituere non deducta quarta & tranſlatis actionibus perinde atque ſi ex S.C. Trebelliano reſtitueretur. Eſt etiam opinor S.C. Pegaſiani quod eſt in l.16 §. ſi quis heres & §. cum quidam & l.17. in pr. Sed ſublato non transferendarum actionum iure & remedio ſtipulationum, cetera omnia adſcribuntur & agũtur hodie S.C. Trebelliano ex Conſtitutione Iuſtiniani ſecundũ quam rectè hic titulus ita concipitur. Ad S.C. Trebellianum, nec adiicitur, & Pegaſianũ, quod erat in veteri titulo edicti perpetui, et eſt adhuc in ĩdice titulorũ Pãdictis Florẽtinis præpoſito.*

† In indice titu. amplius additur. Et Pegaſianum

# Digeſtorum

## ſeu Pandectarum Liber trigenſimus ſextus.

## AD SENATVSCONSVLtum Trebellianum. †

## TITVLVS I.

Facta reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis tranſeunt actiones & iura actiuè & paſſiuè in fideicommiſſarium: & heredi & cõtra heredem paratur exceptio. Alex.

I. VLPIANVS *libro tertio Fideicommiſſorum.*

EXplicito tractat.[a] qui ad fideicommiſſa ſingularum rerum pertinet, tranſeamus nunc ad interpretationem ſenatuſconſulti Trebelliani. Factum eſt enim ſenatuſcõſultum temporibus Neronis octauo calendas Septembres, Anneo Seneca & Trebellio Maximo conſulibus:[b] † cuius verba hæc ſunt: *Cùm eſſet æquiſſimum, in omnibus fideicommiſſariis hereditatibus, ſi qua de his bonis iudicia[c] penderent, ex his[d] eos ſubire,[e] in quos ius fructúſque[f] transferretur, potius quàm cuique[g] periculoſam[h] * eſſe[i] fidem[k] ſuam: placet * vt actiones quæ in heredem, heredibúſque[l] dari ſolent: eas neque in eos, neque his dari, qui fidei ſuæ cõmiſſum, ſicuti[m] rogati eſſent, reſtituiſſent*

† Suffectis non ordinariis conſulibus anno vrbis 815. Dio meminit huius ſc. & Cornel. Tacit.

* Flor. periculoſum.

* Placuit actiones.

EXplicito.] CASVS. Domin⁹ Vlpianus cõtinuat hunc titulum ad ſuperiora, hoc modo: Cùm explicitus ſit tractatus qui pertinet ad fideicom. ſingularum rerum, ſcilicet s̃. de lega. j. & de lega. ij. & iij. & vſque huc: bonum eſt vt tranſeamus ad interpretationem ſenatuſconſ. Trebelliani, quod tractat de fideicommiſ. vniuerſalibus. & ſciatis quod dictum ſenatuſconſultum fuit factum temporibus Neronis octauo calendas Septembris conſulibus exiſtentibus quodam qui vocabatur Anneus Seneca: & alio qui vocabatur Trebellius Maximus. cuius ſenatuſc. verba ſunt talia: Cum eſſet æquiſſimum in omnibus fideicom. hereditatibus ſi qua iudicia penderent ſuper bonis dictarum hereditatum, ex his bonis eos ſubire dicta iudicia, in quos vtilitas & commodum eorum bonorum transfertur. i. fideicommiſſarios potius quàm cuiquam heredi inſtituto periculoſam eſſe fidem ſuam quã præſtitit teſtatori de reſtituenda hereditate fideicommiſſ. placet vt actiones quæ in heredem dari ſolenr creditoribus, & quæ heredib⁹ dari ſolent contra debitores: eas neque in eos heredes, neque in heredibus dari, qui reſtituiſſent ſicut rogati eſſent fideicommiſſum fidei ſuæ, id eſt hereditatem non detracta quarta, ſed & ſi pater Titij ſit heres inſtitutus, & rogatus hereditatem reſtituere Titio filio ſuo, & ipſe ei reſtituat, idem erit quod dictum eſt. s̃. ſcilicet vt in patrem non tranſeant hereditariæ actiones: ſed hoc caſu & ſuperioribus & in eos fideicommiſſ. quibus ex teſtamento fideicommiſſum reſtitutum fuiſſet, dantur dictæ hereditariæ actiones. & hoc ideò vt magis in poſterum confirmentur ſummæ defunctorum voluntates, & obſeruentur per heredes inſtitutos. nam ſi heredes inſtituti non teneantur creditoribus hereditariis facta per eos reſtitutione hereditatis, vt dictum eſt: non dubitabunt adire, ſicut dubitabant prius. & ita per ſuperiora videre potes quòd non ſolum heredi qui reſtituit heredi. fideicommiſ. ſubuenitur per dictum ſenatuſconſ. ſcilicet vt excep. vti poſſit contra creditorem hereditarium contra eum agentem, ſed etiam fideicom. ſcilicet vt poſſit agere cõtra debitores hereditarios, quamuis heres qui reſtituit hereditatem eidem fideicommiſſ. repelleretur exceptione ab eiſdem dehitorib⁹ hereditariis ſi eos conueniret. hoc dicit vſque ad §. hoc autem ſenatuſconſultum. Viuianus.

A

a *Explicito tractatu.* qui tractatus fuit à tit. de lega. j. vſque huc.

b *Conſulibus.* ſic inſti. eo. §. reſtituta.

c *Iudicia.* id eſt controuerſia[a] vel lites.

a] Inchoatæ cum defuncto ſecus ſi cum herede Bart. Pau. Alexan. & Iaſ.

*[ſed idem * eſt & ſi ipſi filio[n] pater rogatus ſit reſtituere[o]] ſed his, & in eos[p] quibus ex teſtamento[q] fideicõmiſſum reſtitutum fuiſſet: quo magis in reliquum confirmentur ſupremæ defunctorum voluntates.[r]*

* Incluſa deſunt Flo.

Per hoc ſenatuſconſultum prouiſum eſt heredi pariter & fideicommiſſario. Alexand. & Bart.

B Sublata eſt hoc ſenatuſconſulto[ſ] dubitatio eorum, qui adire hereditatem recuſare ſeu metu litiũ[t] ſeu prætextu metus[u] cenſuerunt. Quanquam autem ſenatus ſubuentum voluit heredibus,[x] ſubuenit tamen & fideicommiſſario.[y] Nam in eo quòd heredes ſi conueniantur,[z] exceptione vti poſſunt: heredibus ſubuẽtum eſt. in eo verò quòd ſi agant heredes, repellũtur per exceptionẽ, quódque[a] agendi facultas fideicõmiſ. C competit: proculdubio cõſultum eſt fideicommiſſariis.

Senatuſcõſultum locum habet ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato quis ſit rogatus de hereditate reſtituenda. Item locum habet in teſtamento filijfamiliâs, & in eo qui eſt heres de iure ciuili vel prætorio. h. d. vſque ad §. de illo. Alex.

Hoc autem ſenatuſconſultum locum habet ſiue ex teſtamento quis heres eſſet, ſiue ab inteſtato, rogatúſque ſit reſtituere

d *Ex his.* ſcilicet bonis.

e *ſubire.* dicta iudicia.

f *Fructúſque.* id eſt vtilitas & commodum eorum bonorum, id eſt illius fideicõ. vniuerſalis

g *Cuique.* heredi inſtit.

h *Periculoſam.* ſi conueniretur modo. Accur.

i *Eſſe.* aliàs ſim.

k *Fidem.* quia reſtituit.

l *Heredibúſque.* ſi nõ reſtituiſſent.

m *Sicuti rogati.* id eſt nõ retenta quarta. aliàs ſubiicit, pro rata: quod dic vt infra ea l. §. fin.

n Si *ipſi filio.* ſed obiicitur: quia tunc non vt heres, ſed vt pater cogatus intelligitur: vt ſupra de lega. j. l. cum filio. §. ipſi vero. non eſt ergo locus Treb. vt infra eo. l, mulier. §. fin. Sed reſpon.[b] illud intelligendum quo ad quartæ deductionẽ: vt dicit illa. l. cum filio. ſed habet locum quoad hoc, vt ei & in eum trãſeant actiones: vt hîc. nã interdum locus eſt Trebel. nec tamẽ quarta deducitur: vt infra eodem l. ſi patroni. §. qui fideicommiſſariam. Azo. Vel ſecundum hoc[c] dic quòd lex, cum filio, loquitur cùm filius inſtituitur, & pater rogatur reſtituere: & ſic non vt heres, ſed vt pater intelligitur rogari: hîc autem pater inſtituitur, & rogatur reſtituere filio: & ſic vt heres intelligitur rogatus: & habet locũ Trebell. quò ad vtrumque commodum: vt hîc. & infra eo. l. imperator. & l. cogi. §. ſi pater. & infra ead. l. §. ſi filio. ſed quod vt pater ſcilicet reſtituit, concor. C. de inoffi. teſta. l. filius matrem. & infra eodem l. mulier. in princi.

b] Iſta eſt vera in ſe: ſed diuinat quo ad tex. ſecundum Alexan.

c] Idẽ Bart. Alexan. & Iaſ. in l. contraria.

D

o *Reſtituere.* ſcilicet hereditatem ex Trebellianica reſtitutione.

p *Et in eos.* ſcilicet dari actiones eſt æquiſſimum.

q *Ex teſtamento.* ſub. vel ab inteſtato: vt infra eo. §. hoc autem. & facit. ſupra ſi quis omiſ. cauſa teſt. l. antepenul. in fin.

r *Voluntates.* quia per hoc habetur fideicom. vt heres.

ſ *ſenatuſconſulto.* Trebellia. ideò qnia non tenetur: vt ſupra proximo.

t *Litium.* imò & ſi ſine cauſa. ſatis eſt enim ſi putet ſibi expedire: vt infra eodem l. quia poterat. & l. ſed ſi alio. §. quod ſi ſuſpectam. Accurſius.

d] Dic quod finis illius. §. facit contra iſtum tex. ſed debet intelligi ante reſtitutionẽ ſecundum Barto Imo. & Pau.

E

u *Metus.* alicuius alterius, qui multi dicuntur in dictis. ll.

x *Heredibus.* principaliter: vt. s̃. proxi.

y *Fideicommiſſariis.* ſecundariis.

z *Conueniantur.* à creditoribus hereditariis. & facit ad §. j̃. eod. l. ita tamen. §. qui ex Treb.[d] Accurſius.

a *Quódque.* pro. &. Accurſius.

*Hoc autem ſenatuſconſultum.*] CASVS. Siue inſtituam mihi titium heredem, ſiue ſit mihi heres ab inteſtato, poſſum eum rogare de reſtituenda hereditate mea Seio. & ſi ei reſtituat, habet locum ſenatuſconſult. Trebellianum ſcilicet vt tranſeant actiones hereditariæ in dictum Seium. & eodem modo habet locum dictum ſenatuſconſul. Trebell. in teſta filiifa. militis. inſtituit pone ergo ſibi heredem Titium, & rogauit de reſtituenda hereditate Seio: & eodem modo habet locum dictum ſenatuſconſultum non ſolùm in heredibus de iure ciuili reſtituere rogatis,

hereditatem. [a] In filij quoque familias militis iudicio, qui de caſtrenſi peculio vel quaſi caſtrenſi teſtari poteſt, [b] ſenatuſcōſultum locum [c] habet. Bonorum [d] quoq; poſſeſſores, vel alij ſucceſſores ex Trebelliano reſtituere potuerūt hereditatem.

Fideicommiſſarius reſtituēdo ſecundo fideicommiſſario, in eū actiones transfert. Bart. & Alex.

De illo quæritur, an is cui ex cauſa fideicōmiſſi reſtituta eſt hereditas ex Trebelliano ſenatuſcōſulto, ipſe quoq; reſtituendo ex eodem ſenatuſcōſulto transferat actiōes. [e] Et Iulianus ſcribit etiā ipſum trāsferre actiones. [f] quod & Mæcianus probat, & nobis placet.

In fideicōmiſſarium partis cui facta eſt reſtitutio, in ſolidū tranſeunt actiones quæ ipſo iure trāſibant in alium fideicommiſſariū conditione exiſtente. Barto.

Sed & quotiens † quis rogatus duobus reſtituere hereditatem, alteri purè vel in diem, alteri ſub conditione, ſuſpectam [g] dicit: ei cui erat rogatus purè vel in diem reſtituere, interim vniuerſam [h] hereditatē reſtitui ſenatus cēſuit. cum autem extiterit conditio, ſi velit alius fideicōmiſſarius partē ſuam ſuſcipere, tranſire ad eum ipſo iure actiones.

Siue rogetur heres, ſiue pater, vel dominus, vel adminiſtrator heredis: locus eſt ſenatuſconſulto. Bartolus.

Si filio vel ſeruo herede inſtituto, rogatoq; reſtituere hereditatē, dominus vel pater reſtituat: ex Trebelliano transferuntur actiones. quod eſt etiam ſi ſuo nomine rogati ſunt [i] reſtituere. Idē eſt & ſi ipſi filio [k] pater rogatus ſit reſtituere hereditatem. Sed & ſi tutor vel curator adoleſcētis vel furioſi rogatus ſit reſtituere hereditatem: [l] ſine dubio Trebelliano locus erit.

Pupillus non poteſt reſtituere tutori hereditatē eo auctore: ſed adultus ſuo curatori ſic: quia auctoritas eius non eſt neceſſaria. Bartolus.

Fuit quæſitū, ſi ipſi tutori rogatus ſit reſtituere pupillus, [m] an ipſo auctore reſtitutionem facere poſſit. Et eſt decretū à diuo Seuero, nō poſſe [n] tutori ſe auctore reſtituere hereditatē: quia in rē ſuā auctor eſſe nō poteſt. curatori tamē adoleſcētis ab adoleſcēte poterit reſtitui hereditas: quoniam neceſſaria non eſt [o] auctoritas * ad reſtitutionem.

---

ſed etiam in bonorum poſſeſſoribus qui ſunt heredes de iure prætorio. Sed quid ſi inſtitui mihi heredem dictum Titium, & rogaui A eum purè de reſtituenda hereditate Seio, & rogaui eundē Seium ſub cōditione ſi nauis ex Aſia venerit, de reſtituēda dicta hereditate Gaio: & Titius reſtituit Seio, & Seius reſtituit Gaio ante conditionē exiſtentem: nunquid Seius transfert in Gaium actiones hereditarias? Et dicitur ꝙ ſic. Item quid ſi dictū Titiū quem inſtitui, rogaui reſtituere Seio & Gaio, ſcilicet Seio purè vel in diem: & Gaio ſub cōditione: & idē Titius non vult adire heredita. eo quod dicit eam ſibi ſuſpectam? certè hoc caſu debet idem Titius interim vniuerſam heredit. reſtituere dicto Seio cui erat rogat⁹ pure vel in diē reſtituere. cū autem poſtea extiterit dicta cōditio, ſi velit Gai⁹ cui heres erat rogatus reſtituere ſub cōditione ſuſcipere ſuā partē hereditatis, trāſeunt ad eū ipſo iure pro ſua parte actiones hereditariæ ſine aliqua reſtitutione. h.d. vſque ad. §. in filio. Viuianus.

a *Hereditatem*. facit. j. eo. l. recuſare. §. meminiſſe. & inſtit. eo. §. præterea. ſecus in ſingulari relicto iure veteri: ſed hodie idē: vt. d. §. &. C. cōmunia de lega. l. penul.

† Ad hunc. §. facit quod dicit gloſ. 1. in. c. ex parte. poſt prin. ibi, quidam dicūt. extra de offi. iud. ord.

b *Teſtari poteſt*. de hoc conſtat: vt inſtit. qui. nō eſt per. face. teſta. in prī. Sed quid de illis aduētitiis in quibus pater nō habet vſumfruc. quod eſt in caſibus not. C. de bon. quæ li. l. cum oportet. & authen. item hereditas? Reſpon. quidam quòd poſſunt teſtari: quod non placet: vt. j. de dona. cau. mor. l. tam is. §. j. D

c *Locum habet*. quò ad alia remedia ſenatuſconſul. non vt quarta [a] poſſit detrahi: vt. j. ead. l. §. denique. & l. Marcellus. §. quod autem.

d *Bonorum*. facit. j. eo. l. recuſare. §. j.

e *Actiones*. non tamen quartā retinet: [b] vt. j. eo. l. ex aſſe. & l. ſi patroni. §. qui fideicommiſſariam. Sed videtur contra. C. eod. l. pe. in fin. Sol. quidam dicunt. [c] aut eſt in mora ſecūdo rogatus, vt ibi: aut non, vt hîc: quod non placet: [d] quia in primo rogato fit hæc differentia: vt ibi dicitur: & tamē ibi ponuntur vt duo caſus diuerſi. dic ergo ſeccundùm Io. [e] aut ſecundo rogatus, purè eſt rogatus: & tūc quod ibi. aut in diem, vel ſub cōditione: & tunc quod hic. nō enim debet tranſire ante diem niſi ſponte reſtituat, quod poteſt: vt. C. de fideicommiſſ. poſt mortem. & not. j. eo. l. ſi antè diem.

f *Actiones*. non per reſtitutionem. nec enim poteſt reſtituere hîc fideicommiſſarius, vtpote cum non fuerit rogatus: ſed ſolam poſſeſſionem rerum quæ ſunt in fideicommiſſo, dabit fideicommiſſario: vt. j. eo. l. cogi. §. Mæcianus. Sed an conditionalis fideicommiſſarius coget pure inſtitutum adire? Reſpon. ſic, ſed non reſtituere [f] nunc: vt. j. eo. l. ille. in prin. Item nota caſum vbi ipſo iure fit reſtitutio. Sunt & alij: vt. C. eo. l. pe. notatur. E

g *Suſpectam*. ſcilicet hereditatem.

h *Vniuerſam*. quarta nō deducta cōtra cogentē: vt. j. e. l. cogi. §. idē Mæcianus. Et dic [g] aut vterq; ſ. coactus & cogens adire vult totū reſtitui, & obtinet quod hîc. aut coactus tantū: & tunc idē, ne remaneat in dāno propter partē quæ remanet: vt hîc, &. j. e. l. cogi. §. ſi quis. &. §. ſed ſi quis. aut ecōtra cogēs vult tantū reſtitui totū: ſed rogatus vult retinere partē alterius: & tunc retinet, ſed non vtitur Falc. vt. j. e. l. ita tamen. §. qui ſuſpectā. Aut cogēs adire nō curat ſibi reſtitui niſi ſuam partē: & tunc coactus retinebit Falc. cōtra aliū: vt j. e. l. cogi. §. idē Mæcianus. Item vt pro parte adeat tantum, cogi nō

a] Iſto iure bene dicit: hodie tamē de iure auth. poteſt detrahi Falcidia & Trebellianica.

b] Idem B. & Ioā de Imo. contra Angel. & Cu.

b] Idem B. P. & Iaſ.

c] Sequūtur Bart. Ange. Imo. & Iaſ. contra Cu. & Alexan.

d] Et male ſecundum eoſdem.

e] Reprobatur ſecundū prædi ſcrib.

f] Imò dic quod etiam reſtituere, ſecundū Bar. Ant. Alexan. Iaſ.

g] Eſt magiſtralis in ſua diſtinctione ſecūdū Bar. Alex. & Iaſ.

ff. Infort.

poteſt. Item aliud eſt in directis inſtitutionibus, vt tunc pendente conditione habeat partem tantum purè inſtitutus, ſecundum Ir. arg. contra. [h] s. ſi pars here. peta. l. ij. & facit. j. eo. l. ex aſſe. Accur.

h] Imò non eſt cōtra intelligēdo ſecundum diſtinctionem glo. ibi poſitæ, ſecundū Barto. & Iaſ.

*Si filio.*] CASVS. Mæuius inſtituit ſibi heredē filium vel ſeruum Titij: & rogauit dictū filium vel ſeruū quod reſtituat hereditatem Gaio: & deceſſit dictus teſtator. & poſtea dict⁹ Titius pater vel dominus inſtituti reſtituit dictā hered. dicto Gaio. nunquid transferuntur actiones hereditariæ in Gaium? Et dicitur ꝙ ſic, & idem ſi rogauit teſtator patrē vel dominum prædictū reſtituere here. dicto Gaio. Itē idem eſt & ſi dictus Titius pater rogatus ſit reſtituere filio ſuo prædicto inſtituto. Sed quid ſi dictus Mæuius inſtituit ſibi heredē Sēpro. pupillum, & rogauit Titium tutorē ſuum vt reſtitueret hered. Gaio, & tutor reſtituit? nunquid locū habet Treb. vt trāſeāt actiones? Et dicitur quòd ſic. Item quid ſi dictus pupillus inſtitutus rogatus ſit reſtituere prædicto ſuo tutori? nunquid ipſo tutore auctore reſtitutionē ei facere poteſt? Et dicitur quòd non. curatori tamen adoleſcētis ab ipſo adoleſcēte poterit reſtitui hereditas: quia hoc caſu auctoritas curatoris nō eſt neceſſaria ad reſtitutionē. Itē quid ſi dictus Mæui⁹ inſtituit ſibi heredē aliquod collegiū vel corpus, & rogauit dictū collegiū vel corp⁹ vt reſtitueret here. Gaio & Sticho qui ſunt de eodē collegio vel corpore? nunquid decreto eorum qui ſunt in dicto collegio vel corpore, poterit fieri reſtitutio dicto Gaio & Sticho? Et videtur ꝙ non: quia iam viderētur dictus Gaius & Stichus ſibiipſis reſtituere? cum & ipſi ſint de collegio, vt dictū eſt. quod eſſe nō debet. ſ. vt fideicō. reſtituat ſibiipſi here. ſed verius eſt ꝙ valeat dicta reſtitutio: nec videtur ſibiipſi reſtituere dictus Gaius & Stichus: ſed alij de eodē collegio vel corpore. nam illud quod eſt vniuerſitatis, nō eſt propter hoc ſingulorū de vniuerſitate: & hoc dico inſpecta perſona eorū quibus debet reſtitui id inſpecta perſona Gaij per ſe vtrū poſſit capere, vel nō: & eodē modo inſpecta perſona Stichi. nam licèt collegiū nō ſit ſubnixum alicui ſpeciali priuilegio, & ſic nō poſſit inſtitui: vt. s de reb⁹ du. cum ſenatus. tamen capiet hered. vt reſtituat dicto Gaio & Sticho ſi capaces ſunt: vt. j. eo. l. cogi. §. ij. qui ſolidum. Viuian.

* aucto. curatoris.

i *Rogati ſint*. ſ. pater & dominus herede inſtituto filio vel ſeruo.

k *Ipſi filio*. hîc dic vt. s. eo. §. j. & facit. s. de lega. j. l. cum filio.

l *Hereditatem*. inſtituto pupillo herede. & facit. C. eo. l. etiā. &. s. de leg. ij. l. peto. §. mater. &. j. eo. l. cum heres. & l. reſtituta. §. pupillus. & C. eo. l. pen. Item qualiter fiat? Reſpon. vt. j. eo. l. reſtituta. §. j. Acc.

m *Pupillus*. ſcilicet inſtitutus.

n *Non poſſe*. ſ. principaliter: licèt per quaſdā cōſequētias quandoq; poſſit: vt. s. de auctor. tut. l. j. in fin. & l. quod dicimus. in princ.

o *Neceſſaria non eſt*. adoleſcēti ſubau. ſed pupillo ſic: vt. j. eo. l. reſtituta. §. pupillus. &. §. ſeq. ſed nōne ſimiles ſunt: vt. C. de in integr. reſti. mino. l. ſi curatore. &. s. ſi cer. pet. l. certi cōdictio. §. idē erit? Sed certè ſimiles ſunt cum agitur de eis obligādis: ſecus ſi de liberādis: vt hîc, & arg. j. rem pu. ſal. fo. l. nō quaſi. §. hāc autē. Item in pupillo nō currit præſcrip. xxx. an. in adulto ſic. vt. C. de præſcrit. xxx. an. l. ſicut. ſic &. C. de fal. mo. l. j. in fin. Itē pupillus ſui creditoris nō facit pecuniam: [i] vt. j. de ſol. l. quod ſi forte. §. ſi. ſed hoc nō reperitur in adulto. Itē pupillus nō poteſt facere teſtamētū: adultus ſic: vt. s. de teſta. l. ſi filius. & de libe. lega. l. Aurelio. §. Gaius. & inſtit. qui. non eſt

Pupillo non currit præſcriptio triginta annorum.

i] Id eſt nō transfert in eum dominiū ex mēte Soſi.



UNED